

**AB**

23096

00  
Kor

Handwritten notes, possibly including the word "Kor" and other illegible characters.

Handwritten notes, possibly including the word "Kor" and other illegible characters.

Handwritten notes, possibly including the word "Kor" and other illegible characters.



Robert Gottfried Haender. Anno 1717. Dr.

925

L 206,

# COMPENDIUM

EX

## GRAMMATICA LATINA

PHILIPPI MELANCHTHONIS

olim Jussu

SERENISSIMI SAXONIÆ  
ELECTORIS

revisa ab

ERASMO SCHMIDIO

pro incipientibus.



Cum GRATIA & PRIVILEGIO  
POTENT. REG. POLON. & ELECT. SAXON.

LIPSIÆ.

Sumptibus JOH. LUDOVICI Gleditsch.

& Hæredum M. G. Weidmanni

Anno 1702.



# BENEVOLO LECTORI.

S.

**P**rodit nunc Divini Numinis, & Sereniss. Saxoniae Electoris, Dn. JOH. GEORGII & c. auspiciis Grammaticae Latinae Dn. PHILIPPI MELANCHTHONIS, in Academia Wittebergensi, requisitis simul & Academiae Lipsiensis, & Scholarum Provincialium sententiis, cum ex aliis, tum ex

JUL. CAES. SCALIGERO.

PETRO. RAMO.

NICOD. FRISCLINO.

JOHANNE WANKELIO.

JOHANNE RHENIO.

recognita & locupletata Compendium, Incipientium captui accommodatum. Sequitur iisdem auspiciis ipsa PHILIPPI MELANCHTHONIS Grammatica Latina Revisa plenior, non tantum Incipientium, sed & Mediorum & Proveciorum, imò & Docentium studiis consecrata. Tu interim, Benevole Lector, presentem Libellum boni consule & plenius Systema propediem expecta. B. V. Wittebergae die Natali Academiae 118 quater denarium nonum senario continuante; h. e. d. 18, Octob. A. Christiano 1619.

M, Erasmus Schmidt.



100

101  
102  
103  
104  
105

106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120

121

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or German, covering the majority of the page. The text is written in dark ink on aged, yellowish paper with some staining.]*



# J N J!

Was ist die Grammatica?  
Die Grammatica ist eine gewisse Kunst  
im Lateinisch zu schreiben  
und zu schreiben

Wieviel hat die Grammatica Theile?  
Die Grammatica hat 4 Theile.

Wie heißen sie?

Der Erste Theil heißt Orthogra-  
phia, die Kunst der Schreibung,  
oder die Schreibungskunst, und leh-  
ret mit wie man die Buchstaben der  
Lateinischen Wörter schreiben ge-  
heißt.

Der Andere Theil der Grammatic heißt  
Prosoedia, die Wort- und Satz-  
lehre, und lehret, wie die Wörter  
einander angeschlossen werden.

Der Dritte Theil heißt Etymologia, die Wort-  
forschung, und lehret, woraus  
man bey einem jeden Lateinischen  
Worte forschen muß, wenn man  
es recht wollen können lernen.

Der vierte Theil heißt Syntaxis, oder die  
Wort- und Satzlehre, und leh-  
ret, wie man in einem Satz die  
Lateinischen Wörter zusammen setzen  
muß.

Womit gebet die Orthographia und  
Mit dem Buchstaben und Sylben  
Wieviel sind Buchstaben? 23.



COMPENDIUM  
GRAMMATICÆ<sup>3</sup>  
LATINÆ  
PHILIPPI MELANCH-  
THONIS.

*Quid est Grammatica?*

Grammatica est certa loquendi & scribendi ratio.

*Quot sunt partes Grammaticæ?*

Quatuor: Orthographia,  
Prosodia,  
Etymologia,  
& Syntaxis.

DE ORTHOGRAPHIA.

*Circa quid versatur Orthographia?*

Circa Literas & Syllabas.

*Quot sunt Literæ?*

Tres & viginti: ABCDEFGHIKLM  
NOPQRSTVXYZ.

*Quomodo dividuntur Literæ?*

In Vocales & Consonantes.

*Quot sunt Vocales?*

Quinque: A E I O U, & Græca Y.

Ex his fiunt octo Diphthongi.

Æ	ut: <i>Cæsar.</i>
OE	ut: <i>Cæna.</i>
AI	ut: <i>Ajax.</i>
EI	ut: <i>Eja.</i>
OI	ut: <i>Troja.</i>
LI	ut: <i>Hui.</i>

Az

AU-

AU ut: *Aurum*. EU ut: *Eurus*.

*Quot sunt Consonantes?*

Septendecim: B C D F G H K L M N P Q R S T X Z.

I & U sunt Consonantes, quando Syllabam inchoant, sequente Vocali, ut: *Juvo*.

*Quomodo dividuntur Consonantes?*

In Simplicibus & Duplicibus.

*Quot sunt Consonantes Simplicibus?*

Quindecim: Octo Mutæ, B C D G K P Q T;  
& Septem Semivocales. Ex quibus quatuor, L M N R, Liquidæ dicuntur. Reliquæ tres F H S, Spirantes sunt.

*Quot sunt Duplices?*

Duæ: X & Z.

*Quid est Syllaba?*

Syllaba est comprehensio literarum, quæ uno spiritu ac tono efferuntur, ut: *Æ-ger, Æ-nens, De-us, Con-stant-er*.

De Prosodia vide infra.

#### DE ETYMOLOGIA.

*Circa quid versatur Etymologia?*

Circa dictiones seu partes Orationis.

*Quot sunt partes Orationis Grammatica?*

Octo:	Nomen,	Pronomen,
	Verbum,	Participium,
	Adverbium,	Præpositio,
	Conjunctio	& Interjectio.

*Quot sunt Species vocum seu dictionum?*

Duæ: Primitiva, ut: *Bonus, Tu, Clamo, Sape, &c.*  
Et Derivativa, ut: *Bonitas, Tuus, Clamito, Sepiuscule, &c.*

*Quot*

Wie werden diese 23. Buchstaben  
eingetheilt?  
In Vocales (Lautvocal) und Consonantes,  
(Mit-Lautvocal)

Wieviel sind Vocales? Fünfft.  
A, E, I, O, U und ihre dreyfachen  
und zweifachen Ausprägungen & Diphthongi  
ei, oi, ui, au und eu  
Wieviel sind Consonantes? 17.

Wie werden die Consonantes einge-  
theilt? In Simples (Einfache) und  
Duplices (Doppelte)

Wie werden die Consonantes einge-  
theilt? In Simples (Einfache) und  
Duplices (Doppelte)

Wie werden die Consonantes  
Simples wieder eingetheilt?  
In Mutas (Stumme) und Liquidas  
(Flüssige) Semivocales (Halbvocal)  
Wieviel sind Muta? 8  
Wieviel sind Semivocales? 7

Wie werden die Semivocales  
eingetheilt? In Liquidas (Flüssige) und  
Spirantes (Windhaare)

Was ist eine Syllabe?  
Eine Syllabe ist eine Zusammenfügung  
von Buchstaben, welche in einem Worte  
und einem Satz ein Ganzes ausmachen.

Von der Prosodia wollen wir  
jetzund nichts sagen, sondern  
wenden uns gleich zu der  
Etymologie oder Wort- for-  
schung, und fragen

1. Worin muß man forschen  
bey einem jeglichen Latini-  
schen Worte? R

Bey einem jeglichen Latini-  
schen Worte muß man vor allem die-  
gen forschen, cujus Partis Oratio-  
nis sit: Und weil 3 Partes Ora-  
tionis sind: Nomen, Pronomen  
etc. So muß man forschen, ob  
es sey ein Nomen / so hat man  
ein Ding beñtet, und nicht  
ein Thun oder Thun: / oder ob  
es sey ein Pronomen: / so an statt  
eines Nominis kan gebraucht  
werden: / oder ob es sey ein Verbum  
so ein Thun oder Thun beñtet: /  
und was man kan von dem Worte  
sagen, du, ex, vobis, vobis, sic, et ob  
es sey ein Participium / so beñtet  
den wahren, und das sein ge-  
wisser Zeit mit beñtet: / oder ob  
es sey ein Adverbium / so ein  
Umstand der Zeit, des Ortes etc  
beñtet, und weiter declini-  
ret, und conjuguet werden  
kan: / oder ob es sey eine Proposi-  
tion: / so einen gewissen Casum  
in sich nimmet: / oder ob es eine  
Interjection, so ein gewisse Be-

DE ETYMOLOGIA.

5.

*Quot sunt Figura Vocum?*

Duæ: Simplex, ut: Doctus, Ego, Lego, Legens,  
Rarò, Abs, Nam. Et Composita, ut: Indoctus,  
Egomet, Perlego, Perlegens, Perrarò, Absque,  
Namque.

*Quot sunt Numeri?*

Duæ: Singularis, ut: Magister, Ego, Lego.  
Et Pluralis, ut: Magistri, Nos, I, egimus.

*Quot sunt Personæ?*

Tres: Prima, ut: Ego, Nos; Lego, Legimus,  
Secunda, ut: Tu, Vos: Legis, Legitis,  
Tertia, ut: Ille, Illi; Legit, Legunt.

DE NOMINE.

*Quid est Nomen?*

Nomen est pars Orationis, quæ rem significat,  
non agere aliquid aut pati.

ut: Homo, Mensa, Animal.

*Unde cognoscitur Nomen?*

Ex Germanicis Vocibus Ein/ Der/ Die/ Das.

*Quotuplex est Nomen?*

Duplex: Substantivum & Adjectivum.

*Quid est Nomen Substantivum.*

Substantivum est, cui non potest addi Germa-  
nicè, Mann/ Weib/ Ding, ut: Homo, Equus.

*Quotuplex est Nomen Substantivum?*

Duplex: Proprium & Appellativum.

*Quid est Nomen Proprium?*

Proprium est, quod uni certæ rei in aliqua spe-  
cie convenit, ut: Julius, Rôma, Albis.

*Quid est Nomen Appellativum?*

A 3

Ap-

Appellativum est, quod multis indifferenter est commune, ut: *Homo, Urbs, Flumen.*

*Quid est Nomen Adjectivum?*

Adjectivum est, cui Germanicè addi potest *Man/ Weib/ Ding/ ut: Albus, Niger.*

DE COMPARATIONE ADJECTIVORUM.

*Quid est Comparatio?*

Comparatio est variatio Adjectivi cujus-  
cunqve Generis per Gradus, ut:

<i>Doctus</i>	<i>Doctior</i>	<i>Doctissimus,</i>
<i>Docta</i>	<i>Doctior</i>	<i>Doctissima,</i>
<i>Doctum</i>	<i>Doctius</i>	<i>Doctissimum.</i>

*Quot sunt Gradus Comparationis?*

Tres: Positivus, Comparativus, & Superlativus.

*Quid est Positivus?*

Est prima vox Adjectivi, rem SIMPLICITER significans, ut: *Pulcher, Schön.*

*Doctus, Gelehrter.*

*Quid est Comparativus?*

Qui supra Positivi significationem MAGIS significat, ut: *Pulchrior, Noch Schöner.*

*Doctior, Noch Gelehrter.*

*Quot sunt Terminationes Comparativi?*

Una OR, quæ in Neutro habet US.

ut: *Hic Hæc Pulchrior, Hoc Pulchrius.*

*Hic Hæc Doctior, Hoc Doctius.*

*Quid est Superlativus?*

Est qui supra Positivi significationem VALDE  
sive

müßte Benennung angezeigt!  
Dornach muß man den forschen  
wenn ein Wort ein Nomen ist.  
Wenn ein Wort ein Nomen ist,  
so muß man forschen (1) Cuius Eva  
litatis & sexus. Ob & ob sex ein No  
men Substantivum |: da man nicht  
den zu setzen, die Wörter. Man,  
Weib, Ding: | or ein Adjectivum  
|: da man zu setzen das Man Weib,  
Ding: | Item ob & ob sex ein Nomen  
Substantivum Appellativum ~~ist~~  
|: das von Natur soeben gemein ist |  
or ob & ob sex ein Nomen Substan  
tivum Proprium |: da von Natur  
einem Dinge allein zühört: |  
Dornach muß man forschen,  
wenn ein Wort ein Nomen  
Substantivum ist.

Wenn ein Wort ein Nomen Sub  
stantivum Appellativum or Pro  
prium ist, so muß man forschen  
(2) Cuius Generis & sex. Ob & ob  
sex Generis masculini or Faemini  
ni or Neutris, or Communi  
or Generis Omnis. Und dieses  
den man zu setzen subiecto and  
der Benennung nach den 5 Gene  
ral-Regulen, ad and der Ordnung  
nach den Special-Regulen.

- (3) Cujus Numeri et sex? Ob et sex Singularis Numeri, und nun noch in dem gewöhnlichen Worte, oder ob et sex Pluralis Numeri, und nun wieder in der Declination?
- (4) Cujus Casus et sex? Ob et sex Nominativi Casus, und man fragen könnte: Wen? Or ob et sex Genitivi Casus, und man fragen könnte: Wessen? Or ob et sex Dativi Casus, und man fragen könnte: Wem? Or ob et sex Accusativi Casus, und man fragen könnte: Wen oder Was? Or ob et sex Ablativi Casus, und man fragen könnte: Von wem?
- (5) Cujus Declinationis et sex? Ob et sex Primae Declinationis, und im Genitivo et es habe? Or ob et sex Secundae Declinationis, und im Genitivo i habe? Or ob et sex Tertiae, und im Genitivo is habe. Or ob et sex Quartae, und im Genitivo its habe, oder Quintae Declinationis, und im Genitivo ei habe?
- (6) Ob, und wie et sex (gewöhnlich, wie hat Wort im Nomen Adiectivum?) moritur verba?
- (7) Ob et auch Comparativus verba Regulariter et Irregulariter?



sive MAXIME significat, ut:

*Pulcherrimus, Sehr Schön / oder der  
Allerschönste.*

*Doctissimus, Sehr Gelehrt / oder der  
Allergelehrteste.*

*Quot sunt Terminationes Superlativi?*

Duæ Regulares, RIMUS & SIMUS, quæ moventur in A, UM, ut:

*Pulcherrimus, a, um,*

*Doctissimus, a, um.*

*Unde formatur Comparativus & Superlativus regulariter?*

A Casu Positivi in I.

*Quomodo?*

Adjecto OR fit Comparativus,

Adjecto S & Simus, fit Superlativus, quando

Positivus non in ER desinit, ut:

*Doctus, Docti, Doctior, Doctissimus,*

*Sapiens, Sapienti, Sapientior, Sapientissimus.*

*Quid si Positivus in ER desinit?*

Fit Superlativus à Nominativo, Adjecto RIMUS, ut:

*Niger Nigeri, Nigrior, Nigrimus.*

*Pulcher, Pulchri, Pulchrior, Pulcherrimus.*

*Da Exempla Comparationis*

*Irregularis.*

*Bonus Melior Optimus.*

A 4.

*Malus*

<i>Malus</i>	<i>Pejor</i>	<i>Pessimus.</i>
<i>Magnus</i>	<i>Major</i>	<i>Maximus.</i>
<i>Parvus</i>	<i>Minor</i>	<i>Minimus.</i>
<i>Multus</i>	—	<i>Plurimus.</i>
<i>Nequam</i>	<i>Nequior</i>	<i>Nequissimus.</i>
<i>Vetus</i>	<i>Veterior</i>	<i>Veterrimus.</i>
<i>Posterus</i>	<i>Posterior</i>	<i>Postremus.</i>
<i>Nuper</i>	<i>Nuperior</i>	<i>Nuperrimus.</i>
<i>Exterus</i>	<i>Exterior</i>	<i>Extremus &amp; Extimus.</i>
<i>Inferus</i>	<i>Inferior</i>	<i>Insimus &amp; Imus.</i>
<i>Superus</i>	<i>Superior</i>	<i>Supremus &amp; Summus.</i>
<i>Maturus</i>	<i>Maturior</i>	<i>Maturissimus &amp; Maturrimus.</i>

## DE GENERE NOMINUM.

Quot sunt Genera Nominum?  
Quinqve.

<i>Masculinum</i>	} Cujus nota solet esse parti.	<i>Hic</i>
<i>Fœmininum</i>		<i>Hæc</i>
<i>Neutrum</i>		<i>Hoc</i>
<i>Commune</i>	} cula	<i>Hic, Hæc.</i>
<i>Omne</i>		<i>Hic, Hæc, Hoc.</i>

ut: *Hic Vir; Hæc Mulier; Hoc Animal.*

*Hic Hæc Omnis, Conjux; Hic Hæc Hoc*

*Felix; Hi Hæ Hæc Quatuor, Centum.*

Dic Regulas de Genere Adjectivorum?

I. Adject. vatrium terminationum, in prima sunt Generis Masculini; in secunda Fœminini; in tertia Neutri, ut:

(8) Cujus Speciei ob soj. Ob ob soj  
 Primitiva Speciei, <sup>non non dicitur</sup>  
<sup>autem dicitur</sup>. Item Ob ob soj  
 in Primitivum Absolutum, et Certe  
 ctivum et Numerale, <sup>Cardinale</sup>, et  
~~Ob ob ob soj Derivatae Speciei, in~~  
~~non non dicitur~~  
 Interrogativum, et Redditivum, et  
 Partitivum, et Universale, et Parti  
 culare  
 Ob ob ob soj Derivatae Speciei,  
 non non dicitur autem dicitur  
 alio, <sup>in</sup> in Nomen Deri  
 vatum Patronymicum, et Posses  
 sivum, Gentile, et Denominativum  
 materiale et Locale et Abundans  
 et Imitativum, et Diminutivum  
 et Verbale et Participiale, et  
 Praepositionale. Vid. Gram. Weins. p. 77

(9) Cujus Figurae ob soj, Ob ob soj  
 Simplicis Figura, non nisi sub  
 quatuor, et magis dicitur in sa  
 men gestat. Et ob ob soj Compo  
 sita Figura, non nisi quatuor et  
 magis dicitur in sa men gestat

(10) Ob ob soj in Nomen Analogon  
 sub non in sa men, non in die  
 sub sa men alio habet non  
 in sa men nomine gestat, et  
 ob ob soj in Nomen Anomalon  
 non dicitur, ob ob soj in Nomen  
 Anomalon Varians, et quatuor Genera  
 habet et autem Declinatio non dicitur: et  
 Abundans, et non alio sunt Terminati  
 on facti et Defectivum, so non in

sinon Numero declinabilis <sup>non</sup>  
non nisi alio Casu facta. Et in  
declinabile, si quod nisi declinabile  
non numerus habet.

*[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*



## DE NOMINE.

*Bonus, Bona, Bonum.*

II. Adjectiva duarum terminationum, in prima sunt Generis Communis; in altera Neutri, ut:

*Hic Hæc Fortis, Hoc Forte.*

III. Adjectiva unius terminationis sunt Generis Omnis, ut:

*Hic Hæc Hoc Felix, Sapiens.*

*Quor modis cognoscuntur Genera*

*Substantivorum?*

Duobus: Generaliter ex Significatione, & Specialiter ex Terminatione.

### REGULÆ GENERALES

#### I. REGULA.

Nomina Virorum, Mensium, Ventorum, Fluviorum, & Partium Assis, sunt Generis Masculini, ut: *Virgilius, Carolus,*

*Consul, Prætor, Mas &c.*

*Januarius, Februarius, Martius, &c.*

*Eurus, Zephyrus, Aquilo, Auster, &c.*

*Rhenus, Albis Danubius,*

*Triens, Quadrans, Semissis.*

#### II. REGULA.

Nomina Mulierum, Regionum, Insularum, Urbium, Arborum & Virtutum, sunt Generis Feminini, ut:

*Lucretia, Carmenta, Sibylla, Eva.*

*Obstetrix, Nutrix, Mater, Uxor.*

*Europa, Ægyptus, Germania.*

*Cyprus, Delus, Lesbos.*

*Dresda, Witteberga, Athene, Methone.*

*Pirus, Quercus, Nux, Ebenus, Salix.*

*Iustitia, Liberalitas, Fortitudo.*

### III. REGULA.

Nomina Literarum, Verba & Adverbia, pro Nominibus posita, & omnis vox materialiter accepta, Neutro Genere usurpatur,

ut:

*Nigrum Ebeta. Velle suum cuique est.*

*Serenum mane. Caesar dissyllabum est.*

### IV. REGULA.

Communia, quæ pro diverso sexu, modò Masculina, modò Fœminina sunt. Hæc ferè habentur;

*Artistes, Vates, Adolescens, Autor, & Augur,*

*Dux, Iudex, Custos, Testis, cum Cive, Sacerdos,*

*Municipi adde: Parens, Patrueli, Affinis & Hostis,*

*Bos, Canis, Interpres, Par, Conjux, Miles, & Hares,*

*Sus, Juvenis, Familiaris, Martyr, Comes, Infans,*

*Hospes, Nemo, Opifex, Index, cum Principe Vindex,*

Adde; *Clients*, de quo datur & muliebri *Clienta*.

### V. REGULA.

Nullum Substantivum est Generis Omnis, præter *Animans* pro *Animali*: & Pronomina: *Ego, Tu, Sui*.

### REGULÆ SPECIALES.

#### I.

In A & E primæ Declinationis, & in Æ pluralia







ralia tantum, Fœminina sunt, ut :

*Hæc Mensa, Polenta: Epitome, Parasceve.*

*Hæ Nuptiæ, Tenebræ.*

Excipiuntur hæc Masculina: *Hic Cometa, Planeta, Bibliopola, Pharmacoplo &c.*

*Dama & Talpa* Poetis interdum etiam Masculina sunt.

## II.

In A & E Tertiæ Declinationis, item, Pluralia tantum, Neutra sunt, ut :

*Hoc Poema, Schema.*

*Mare, Cubile.*

*Arma, Crepundia, Castra.*

*Cete, Tempe.*

Sic *Neceffe & Mille* Substantivum.

## III.

In I, U & Y, Neutra sunt, ut :

*Hoc Gummi, Sinapi.*

*Cornu, Genu, Moly.*

Pluralia in I Masculina sunt, ut: *Hi Liberi, Fasti, Cani.*

## IV.

In O Masculina sunt, ut: *Hic Homo, Pugio, Bubo.*

Excipiuntur Fœminina, I. in DO vel GO hyperdissyllaba, & Verbalia in IO. ut :

*Hæc Albedo, Arundo, Imago,*

*Legio, Regio.*

II, Quæ his versiculis continentur.

Con-

*Conditio, Ditio, Communio, Portio, Haloque,  
Hinc Grando, Caro, Perqueduellio, Talio, &  
Echo,*

*Et Consortio, post Argo, Virgo, Unio (ἕνωσις) ab  
Unus,*

*Pondo, Neutrum est & Indeclinabile.*

*Nemo, Commune est.*

## V.

*In C, T, AL, & EL, Neutra sunt, ut :*

*Hoc Lac, Halec, Caput,*

*Animal, Vectigal, Mel, Fel.*

*Sal, Masculinum est.*

## VI.

*In IL, OL, & UL, Masculina sunt, ut :*

*Hic Mugil, Vigil, Pugil, Sol, Exul.*

*Neutra sunt: Sil, Nihil, & Nil.*

## VII.

*In UM finientia Neutra sunt, ut :*

*Hoc Templum, Speculum, Scamnum.*

*Sic & in ON Secundæ, quæ Latine in UM ver-  
ti possunt, ut :*

*Hoc Symbolon, Symbolum.*

## VIII.

*In AN, IN, & ON, Tertiæ Masculina sunt, ut :*

*Hic Pæan, Delphin, Canon.*

## IX.

*In EN Neutra sunt, ut : Hoc Flumen, Lumen,  
Examen.*

*Masculina sunt: Ren, Splen, Lien, Hymen, Lichen,  
Attagen, Pecten.*

X. In

1  
3  
6  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100





## X.

In AR & UR Neutra sunt, ut :

*Hoc Par, Far, Calcar;*

*Ebur, Sulphur, Jecur.*

Masculina sunt, *Fur, Vultur, Turtur, Furfur,*  
*Astur.*

Communia: *Par, i. e. Socius, a; & Augur.*

## XI.

In ER, IR, & OR, Masculina sunt, ut :

*Hic Cancer, Carcer,*

*Vir, Amor, Honor.*

Excipiuntur

I. Neutra; *Cadaver, Iter, Cicer, & Piper,* atque  
*Papaver,*

*Ver, Siler, & Suber, cum Verbere Tuber & Uber,*  
*Zingiber atque Laser, Spinter, Sifer,* addito *La-*  
*ver,*

*Qvin & Acer:* sed & *Ir, Cor & Aqvor, Marmor,*  
*Adorque.*

II. Communia: *Linter & Autor.*

III. Fœminina: *Diameter, Perimeter, Arbor.*

## XII.

In AS Fœminina, sunt, ut :

*Astas, Majestas, Aetas.*

Excipiuntur I. Masculina, *As, Vas, Vadis,*  
*Tiaras, Arcas:* Et per ANTIS declinantur ut :  
*Adamas, Elephas, Gigas.*

II. Neutra hæc: *Vas, Vasis; Fas & Nefas; Arto-*  
*creas, Erysipelus.*

III. Communia; *Optimas, Primas, & similia,*  
XIII.

## XIII.

In ES Primæ Declinationis & Imparysyllaba  
Tertiæ Masculina sunt, ut:

*Hic Cometes, Sorites, Pes,  
Aries, Eqves, Magnes.*

*Sic: Pras Pradis per Diphthongum.*

Excipiuntur:

I. Fœminina, *Seges, Teges, Compes, Merces,  
Merges, Quies, Requies, Inquies, Prapes pro A-  
ve.*

II. Neutrum: *Æs, aris per Diphthongum.*

III. Commune: *Ales.* Sic: *Antistes, Comes, Inter-  
pres, Miles, Heres, Hospes.*

## XIV.

Parisyllaba in ES Tertiæ Declinationis, & o-  
mnia Quintæ Fœminina sunt, ut:

*Hæc Fames, Lues, Tabes.*

*Fides, Res, Species.*

Excipiuntur:

I. Masculina: *Verres, Coles, Acinaces, Meridies.*

II. Communia: *Vates, Palumbes, Vepres, Dies,  
Torques.*

III. Neutra: *Cacoëthes, Hippomanes, Panaces,  
Nepenthes.*

## XV.

In IS Fœmjnina sunt, tam Græca, quam Lati-  
na, ut: *Hæc Strigilis, Cutis, Pyxis,*

*Paropsis, Aspis, Jaspis.*

Excipe:

I, Mascula sunt: *Panis, Penis, Crinis, Cinis, Ignis,  
Funis*

aba

es,

A-

cy-

o-

so


so

so

a

i







*Funis cum Vecti, Piscis, Fascis, Lapis, Amnis.*  
*Sic Fustis, Postis, sic Axis, Vermis & Unguis.*  
*Et Collis, Follis, Callis, Glis, Sangvis & Ensis.*  
*Mugilis & Mensis, sic Vomis, Torris & Orbis.*  
*Cassis & Caulis, cumq; Assis prole, Jugalis.*  
*Pollis, Semissis, quem & semisnomine signant,*  
*Angvis, Rivalis, Natalis, & inde Molaris,*  
*Et Cossis, Pulvis, Cucumis, Majalis, Aqualis,*  
*Per que duellis, Mortalis, Sentisqve Canalis,*  
*Uni que cornis, & Aequalis, cum Fine, Sodalis.*  
 II. Commune est *Torqvis*; Sic *Civis*, *Patruelis*,  
*Affinis, Hostis, Testis, Canis, Juvenis, Familiaris.*

## XVI.

In OS Masculina sunt, ut:

*Hic Honos, Flos, Lepos.*

Excipiuntur:

I. Fœminina: *Arbos, Cos, Das, Eos.*

II Neutra: *Os, oris, Os, Offis.*

III. Communia: *Bos, Custos, Sacerdos.*

## XVII.

In US Secunda & Quartæ Declinationis Masculina sunt, ut:

*Hic Ventus, Camelus:*

*Fructus, Currus.*

Excipiuntur:

I. Fœminina: *Vannus, Humus, Acus, Manus, Tribus, Porticus, Domus, Albus.*

II. Neu-

II. Neutra: *Hoc Pelagus, Vulgus, Virus.*

III. Communia: *Colus, Penus, Specus, Rubus, Pampinus, Nardus.*

## XII.

In Us Tertia Declinationis, quæ U in Obliquis retinent, Fœminina sunt, ut:

*Hæc Salus, utis; Tellus, uris, Pecus, udis.*

Sic in Diphthongo: *Hæc Laus, Fraus.*

Excipiuntur Monosyllaba Neutra, ut:

*Jus, Crus, Rus, Pus, Thus.*

*Mus*, Masculinum est.

*Grus*, Fœmininum frequentius.

*Sus*, Commune.

Quæ vero U in Obliquis mutant, Neutra sunt, ut:

*Hoc Genus, eris; Corpus, oris, Pecus, oris.*

*Lepus* Masculinum est.

## XIII.

In YS Fœminina sunt, ut: *Hæc Chlamys, Chelys.*

## XIV.

Quæ S finiunt, præcedente Consonâ Fœminina sunt, ut: *Hæc Ars, Mors, Puls, Hyems, Stirps, pro progenie.*

Excipiuntur I. Masculina: *Mons, Pons, Fons, Dens, Seps, Gryps, Chalyps, Hydrops, Torrens, Tridens, Oriens, Occidens, Amb, Cyclops.*

II. Communia: *Scrops, Adeps, Serpens & Stirps, pro arbore seu trunco. Sic: Infans, Adolescens, Parans, Cliens, Princeps, Municeps.*

III. Neu-

us,

uis

ra

s.

i-

,

,

s,

s,

3

-

-





III. Neutra: *Ens, Accidens, Antecedens, Consequens.*

## XXI.

In AX Latina Fœminina sunt, *ut:*

*Hæc Fax, Pax, Fornax.*

Græca Masculina sunt, *ut:* *Thorax, Colax;*

Præter: *hæc Climax.*

*Limax*, Commune est.

## XXII.

In EX Monosyllaba & Polysyllaba, Fœminina sunt, *ut:* *Hæc Fex, Nex, Lex, Supellex.*

*Græx & Rex* Masculina sunt: *ut & à Facio*

Composita pleraqve, *ut:* *Artifex, Carnifex, Pannifex.*

*Atriplex*, Fœmininum & Neutrum.

*Opifex*, Commune est.

Disyllaba verò in EX Masculina sunt, *ut:*

*Hic Codex, Frutex, Pollex.*

Excipiuntur

I. Fœminina: *Carex, Vibex, Forpex, Forfex, Halex, Tomex.*

II. Communia: *Cortex, Imbrex, Obex, Pnemex, Silex, Culex.* Sic: *Judex, Index & Vindex.*

## XXIII.

In IX tam Monosyllaba quàm Polysyllaba Fœminina sunt, *ut:* *Hæc Nix, Pix, Strix, Cicatrix, Coxendix, Appendix.*

Sed Disyllaba in IX Masculina sunt, *ut:*

*Hic Calix, Fornix, Spadix Phœnix.*

Excipiuntur

B

I. Fœmi-

I. Fœminina: *Hec Cornix, Cervix, Lodix,  
Radix, Filix, Pristix, Matrix, Mastix, Helix.*

II. Communia: *Varix, Perdix, Natrux, Hæ-  
fbrix.*

## XXIV.

In OX & UX Fœminina sunt, ut:

*Hec Nox, Vox, Celox,*

*Lux, Nux, Crux, Faux.*

Excipe I. Masculina: *Hic Volvox, Efox, Tra-  
dux.*

II. Communia: *Dux, Conjux.*

## XXV.

In YX Masculina sunt, ut: *Hic Bombyx.*

Communia sunt, ut: *Onyx, Sardonyx.*

## XXVI.

In X cum Consonante Fœminina sunt,

*ut: Hec Falx, Calx, Salex; Lanx, Arx,*

*Sphinx, Phalanx, Meninx, Syrinx.*

Excipe, I. Masculinum: *Larynx.*

II. Communia: *Calx, Ferse; & Lynx.*

## DE DECLINATIONE.

*Quid est Declinatio?*

Declinatio est variatio Nominis in fine per  
Casus.

*Quot sunt Casus?*

Sex: Nominativus, Genitivus,

Dativus, Accusativus,

Vocativus, Ablativus.

*Quo-*

Hi-

3

rs-

3

e.


rs,

per

3

00-







*Quomodo dividuntur Casus?*

Duo sunt Recti: Nominativus & Vocativus;  
Reliqui quatuor dicuntur Obliqui.

*Quot sunt Declinationes Nominum?*

Quinqve: Prima, Secunda, Tertia, Quarta,  
Quinta.

*Quot sunt Terminationes Declinationum  
in Nominativo?*

Prima habet quatuor Terminationes: A, AS,  
E, ES.

Secunda, quinqve Latinas: ER, IR, UR, US,  
UM; & tres Græcas, OS, ON & EUS.

Tertia, undecim: A, E, O, C, D, L, N, R, S, T, X.

Quarta, duas: US & U.

Quinta, unam: ES.

*Dic Regulas quasdam Declinatio-  
num?*

I.

Neutra habent tres similes Casus, in utrovis  
Numero: Nominativum, Accusativum, & Vo-  
cativum, qui in Plurali semper desinunt in A.

II.

Ablativus Pluralis semper similis est Dativo  
Plurali.

III.

Novem hæc Nomina: *Unus, Ullus, Nullus,*  
*Solus, Totus, Alius, Uter, Alter, Neuter*, in omni  
Genere, Genitivum per IUS, Dativum per I fa-  
ciunt, ut:

*Unus, a, um, Unius, Uni &c.*

B 2

PRI-

## PRIMA DECLINATIO.

*Quæ est Prima Declinatio?*

Prima Declinatio est: quæ habet in Genitivo Ævel ES, ut:

*Mensa, sæ; Epitome, mes.*

*Quid de Dativo & Ablativo Plurali notandum?*

Dativi & Ablativi Plurales habent IS, ut: *Mensis, Epitomis.* Sed ABUS Fœminina habent, quæ his Versiculis continentur:

*Filia, Nata, Dea, Liberta, Equa, Mula, Duæ, Ambe;*

Adde: *Animam, atqve Afinam, Sociam, Servam, Dominamqve.*

## SECUNDA DECLINATIO.

*Quæ est Secunda Declinatio?*

Quæ habet in Genitivo I, in Dativo O, ut: *Dominus, ni, no.*

*Scamnum, mni, mno.*

*Quomodo formatur Vocativus Singularis?*

I. ab R. Vocativi similes sunt Nominativis; ut: *ô Liber, ô Vir, ô Satur.*

II. Ab US fit Vocativus per E, ut: *Dominus, ô Domine.*

Excipiuntur.

I. *Deus, ô Deus; Filius, ô Fili; Meus, ô Mi.*

II. Propria in IUS, quæ per I formant Vocativum, abjecto US, ut:

*Virgilius, li.*

III. Ab

ti-

ent,

ua,

am,


ut:

ut:

pati-

Ab





III. Ab ELIS fit Vocativus per EU, ut:

*Orpheus, ó Orphen.*

*Quomodo formatur Genitivus Pluralis?*

In ORUM, per omnes Terminationes, omniaque Genera.

*Quomodo formatur Dativus, & Ablativus Pluralis?*

In IS perpetuò. Præter: *Ambobus & Duobus, ab Ambo & Duo.* Nota etiam; *Deis & Diis à Deus.*

*Quomodo formatur Accusativus Pluralis?*

Masculina & Fœminina in OS; Neutra in A.

*Paradigmata vide in Donato.*

TERTIA DECLINATIO.

*Quæ est Tertia Declinatio?*

Quæ habet in Genitivo IS, ut:

*Pater, tris; Sacerdos, dotis.*

*Paradigmata vide in Donato.*

QUARTA DECLINATIO.

*Quæ est Quarta Declinatio?*

Quæ habet in Genitivo US vel U, ut:

*Fructus, hujus Fructus; Cornu, hujus Cornu.*

NOTA: In U desinentia, per totum Singularem sunt Indeclinabilia.

*Paradigmata vide in Donato.*

QUINTA DECLINATIO.

*Quæ est Quinta Declinatio?*

B 3

Quæ

Quæ in Genitivo & Dativo habet EI, ut: *Species, Speciei; Fides, Fidei.*

*Paradigmata vide in Donato.*

## DE PRONOMINE.

*Quid est Pronomen?*

Pronomen est pars Orationis, quâ utimur in demonstranda aut repetenda re, ubi Nominis repetitio ingrata erat futura.

*Quot sunt Pronomina?*

Viginti: *Ego, Tu, Sui, Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, Qui, Quis vel Qui; Meus, Tuus, Suus; Noster, Vester; Nostras, Vestras; Cujus & Cujas.*

*Quotuplex est Pronomen?*

Duplex; Aliud Substantivum, ut:

*Ego, Tu, Sui;*

Aliud Adjectivum, ut: *Hic, Iste, & reliqua omnia.*

*Quot sunt Species Pronominum?*

Duæ: Primitiva, cujus sunt undecim:

*Ego, Tu, Sui; Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, Qui, Quis vel Qui.*

& Derivata, cujus sunt novem:

*Meus, Tuus, Suus; Noster, Vester; Nostras, Vestras; Cujus & Cujas.*

*Quot sunt Figure Pronominum?*


Duæ: Simplex, ut: *Ego.*


& Composita, ut: *Ego et.*

*Quot sunt Genera Pronominum?*

Quinqve, ut Nominum: Masculinum,

For-





I  
C  
H  
I  
I  
I  
I  
I  
Q  
M  
T  
S  
C  
N  
V  
T  
S  
S  
T  
T  
T  
T





Fœmininum, Neutrum, Commune & Omne.

Dic Regulas de Generibus Pronominum?

I. *Ego, Tu, Sui*, sunt Substantiva Generis Omnium.

II. *Noftras, Veftras, Cujas*, sunt Adjectiva unius Terminationis, ideoque Generis Omnium.

III. *Quisquam* Compositum, Generis Communis est.

IV. Reliqua Pronomina omnia sunt trium Generum & Terminationum.

Quomodo moventur?

<i>Hic</i>	<i>Hec</i>	<i>Hoc</i>
<i>Iste</i>	<i>Ista</i>	<i>Istud</i>
<i>Ille</i>	<i>Illa</i>	<i>Illud</i>
<i>Ipsè vel Ipsus</i>	<i>Ipsa</i>	<i>Ipsum</i>
<i>Is</i>	<i>Ea</i>	<i>Id</i>
<i>Qui</i>	<i>Qua</i>	<i>Quod</i>
<i>Quis vel Qui</i>	<i>Qua vel Qua</i>	<i>Quod vel Quid</i>
<i>Meus</i>	<i>Mea</i>	<i>Meum</i>
<i>Tuus</i>	<i>Tua</i>	<i>Tuum</i>
<i>Suus</i>	<i>Sua</i>	<i>Suum</i>
<i>Cujus</i>	<i>Cuja</i>	<i>Cujum</i>
<i>Noster</i>	<i>Noftra</i>	<i>Nostrum</i>
<i>Vefter</i>	<i>Veftra</i>	<i>Veftrum</i>

Quot sunt Personæ Pronominum?

Tres: Prima, ut: *Ego*, cum suis Casibus.

Secunda, ut: *Tu*, cum suis Casibus, & omnes Vocativi.

Tertia, ut: *Sui*, & reliqua omnia, nisi cum *Ego* aut *Tu* ponantur.

*Quid de Declinatione Pronominum est notandum?*

Pronomina carent Vocativo; præter: *Tu, Meus, Noster & Nostras.*

*Paradigmata Declinationum vide in Donato.*

## DE VERBO.

*Quid est Verbum?*

Verbum est pars Orationis, significans agere aliquid aut pati, ut: *Verbero, Verberor, Curro, Vapulo.*

*Unde cognoscitur Verbum?*

Ex Germanicæ Lingvæ Particulis: *Ich/ Du/ Er; Wir/ Ihr/ Sie.*

*Quotuplex est Verbum?*

Duplex: Personale & Impersonale.

*Quid est Verbum Personale?*

Cui in Modo Finito, cujuscunqve Personæ, Nominativus præponi potest, ut:

*Ego Lego; Tu Legis; Plato Legit.*

*Quid est Verbum Impersonale?*


Cui in Modo Finito Nominativus præponi non potest aut debet, ut: *Decet, Es gebühret sich; Statur, Man stehet.*

## DE GENERE VERBORUM.

*Quot sunt Genera Verborum?*

Quatuor: Activum, Passivum, Neutrum & Deponens.

*Quid*



e  
o,  
u/  
x,  
o-  
ib  
&  
uid





*Quid est Verbum Activum?*

Quod in O definit, actionem transeuntem significans, & habet Passivum in OR, ut: *Amo, Amor.*

*Quid est Passivum?*

Quod in OR definit, passionem acceptam significans, & habet Activum in O, ut: *Amor, Amo.*

*Quid est Neutrum?*

Quod in O definit, actionem aut passionem immanentem, vel plane etiam absolute significans, nec habet Passivum in OR, ut: *Sto, Vapulo.*

*Quid est Deponens?*

Quod in OR definit, actionem aut passionem immanentem, vel plane etiam absolute significans, nec habet Activum in O, ut: *Precor, Patior, Labor.*

DE SPECIE ET FIGURA  
VERBORUM.*Quot sunt Species Verborum?*

Duæ: Primitiva, ut: *Lego.*

& Derivata, ut: *Lectito.*

*Quot sunt Figura Verborum?*

Duæ: Simplex, ut: *Lego.*

& Composita, ut: *perlego.*

DE MÔDIS, TEMPORIBUS  
ET NUMERIS.*Quot sunt Modi?*

B 5

Qua-

Quatuor: Indicativus, Imperativus, Con-  
junctivus & Infinitivus.

*Priores tres sunt Finiti; Ultimus Infini-  
tivus. Hinc verba ipsa nunc dicuntur:  
Infinita, nunc Finita.*

*Quot sunt Tempora in Modis?*

Quinque: Præsens, Præteritum Imperfectum,  
Præteritum Perfectum, Præteritum Plusquam-  
perfectum & Futurum.

*Quot sunt Numeri Verborum?*

Duo: Singularis, ut: *Lego,*  
& Pluralis, ut: *Legimus.*

*Quò refert Gerundium & Supina?*

Ad Infinitivum.

*A quibus Verbis veniunt Gerundia?*

Ab omnibus Activis, Neutris & Deponenti-  
bus.

*Quot sunt Supina?*

Duo: Prius in UM, ut: *Amatum,*  
& Posterius in U, ut: *Amatu.*

*A quibus Verbis veniunt Supina?*

Ab Activis, quibusdam Neutris, & Deponen-  
tibus.

## DE CONJUGATIONE.

*Quot sunt Conjugationes Verborum?*

Quatuor.

Prima







Prima	{ <i>Quæ habet ante</i> <i>RE Infinitivi, vel</i> <i>Secundæ Singu-</i> <i>laris Præsentis</i> <i>Indicativi Passi-</i> <i>vi,</i>	A longum, ut: <i>A-</i> <i>mâre.</i>
Secunda		E longum, ut: <i>Docere.</i>
Tertia		E breve, ut: <i>Lé-</i> <i>gere.</i>
Quarta		I longum, ut: <i>Au-</i> <i>dire.</i>

*Quot sunt Formæ Conjugationum?*

Duæ: O & OR. *Quarum illa est: Activorum & Neutrorum; hæc; Passivorum & Deponentium.*

*Quid in Genere de Conjugationibus est observandum?*

I. Præterita & Supina diligenter sunt inquirenda.

II. Verbum carens Præterito, caret etiam Supino.

III. Passiva & Deponentia faciunt Præterita à Participiis in TUS, SLIS, XUS, cum Verbo Substantivo, ut: *Amor, Amatus sum; Patior, Passus sum.*

*Dic Regulam de Præterito & Supino Primæ Conjugationis?*

AVI--character est Præteriti Primæ Conjugationis; ATUM - v Supini, ut:

*Amo, Amavi, Amatum.*

(*Exceptis, quæ suo Tempore cognoscuntur.*)

*Dic Regulam de Præterito & Supino Secundæ Conjugationis?*

In

In Secunda Conjugatione, Præterita regulariter per Ul fiunt; Supina per ITUM *ut*:

*Habeo, Habui, Habitum,*

(Exceptis excipiendis, quæ suo tempore cognoscentur:)

*Quæ est ratio Præteriti & Supini in Tertia Conjugatione?*

In Tertia Conjugatione non est unus aliquis character Præteritorum & Supinorum, ut in reliquis.

(Cognoscentur hic suo tempore.)

*Dic Regulam de Præterito & Supino Quarta Conjugationis?*

In Quarta Conjugatione Præteriti character est *IVI*, -- Supini *ITUM* - *ut*:

*Audio, Audivi, Auditum.*

(Exceptis excipiendis, quæ suo tempore cognoscentur.)

*Paradigmata petantur ex Donato.*

#### DE IMPERSONALIBUS.

*Quotuplicia sunt Verba Impersonalia?*

Duplicia: Alia sunt Activæ vocis; alia Passivæ.

*Quæ Impersonalia sunt Activa vocis?*

Quæ desinunt in *T. ut*: *Pigêt, Oportet.*

*Quomodo conjugantur Impersonalia Activa vocis?*

Imitantur Regulas personalium, *ut*: *Decet, Decebat, Decuit, Decuerat, Decebit, Deceat, Deceret, Decuerit, Decuisset, Decere.*

*Quo-*

U  
e  
s





*Quomodo significant Impersonalia Activa vocis Germanicè?*

Germanicè exponuntur per vocem *Es* / ut :  
*Decet, Es geziemet.*

*Quæ verba Impersonalia sunt Passivæ vocis?*

Quæ desinunt in *TUR.*

*Unde fiunt Impersonalia Passivæ vocis?*

Ab omnibus Verbis Activis & Neutris.

*Quomodo conjugantur Impersonalia Passivæ vocis?*

Horum Conjugatio sequitur characterem Passivorum, ut : *Amatur, Amabatur, Amatam est Amari.*

*Quomodo significant Impersonalia Passivæ vocis Germanicè?*

Germanicè exponuntur absolute per vocem *Man* / ut : *Legitur, Man lieset.*

## DE PARTICIPIO.

*Quid est Participium?*

**P**articipium est Nomen Adjectivum Verba-  
le, significans Tempus, ut :

*Amans, Amaturus, Amatus, Amandus.*

*Genera Participiorum quot sunt?*

Quatuor : Masculinum, Fœmininum, Neutrum & Omne.

*Quomodo cognoscitur Genus Participiorum?*

Quæ

Quæ in NS finiunt, sunt Generis Omnis, ut:  
*Hic, Hac, Hoc, Amans.*

Cætera in US desinentia Masculina sunt, &  
 de se formant Fœminina in A, & Neutra in  
 UM, ut:

*Amatus, Amaturus, Amandus, a, um.*

*Quot sunt Figura Participiorum?*

Duæ: Simplex, ut: *Spirans.*

& Composita ut: *Respirans.*

*Quot sunt Declinationes Participiorum?*

Tres: Prima, Secunda & Tertia.

*Quæ Participia sunt Primæ Declinationis?*

Fœminina in A desinentia, ut: *Hæc Doctæ,  
 Doctura, Docenda.*

*Quæ sunt Secundæ?*

Masculina in US, & Neutra in UM, ut:

*Doctus, Doctum; Docturus, Docturum;  
 Docendus, Docendum.*

*Quæ sunt Tertiæ?*

Participia Omnis Generis in NS, ut:

*Amans, Docens.*

*Quot sunt Numeri Participiorum?*

Duo, ut in Nomine; Singularis, ut:


*Amans, Amatus, a, um.*

& Pluralis, ut: *Amantes, tia. Amati, te, ta.*

*Quot sunt Casus Participiorum?*

Sex, ut in Nomine: Nominativus, Genitivus,  
 Dativus, Accusativus, Vocativus, & Ablativus.

*Quot*







Quot sunt Tempora Participiorum?

Tria: Præteritum, Præteritum & Futurum.

Quæ Participia sunt Præsentis Temporis?

Quæ in NS desinunt, ut: *Amans*.

Quæ Participia sunt Præteriti  
Temporis?

Quæ in TUS, SLIS, aut XUS desinunt, ut: *Amatus, Visus, Fixus*.

Quæ Participia sunt Futuri Tem-  
poris?

Quæ desinunt in URUS vel NDUS, ut: *Amaturus, Amandus*.

Quot sunt significationes Parti-  
cipiorum?

Tres: Activa, Passiva & Neutralis.

A quorum Generum Verbis veniunt

3 4 Participia?

Ab omnium Generum Verbis Activis, Passi-  
vis, Neutris & Deponentibus.

5 Quot Participia veniunt ab Activo?

Duo: Præteritum in NS, ut: *Amans*;

& Futurum in URUS ut: *Amaturus*.

5 Quot Participia veniunt a Passivo?

Etiam duo: Præteritum in TUS, SLIS, vel  
XUS, ut: *Amatus, Visus, Fixus*;

Et Futurum in NDUS ut: *Amandus, Vi-  
vendus, Figendus*.

5 Quot Participia veniunt a Neutro?

Etiam duo, quæ ab Activo: Præteritum in NS, ut:  
*Sedens, Vapulans*;

Et

Et Futurum in URUS, ut: *Sessurus, Vapulaturg.*

*Quot Participia veniunt à Deponente?*

A Deponente, quod Accusativum vel Ablativum regit, quatuor veniunt Participia: Præsens, Præteritum, & duo Futura, ut:

*Sequor, quens, cuturus, cutus, quendus.*  
*Utor, Utens, Usurus, Usus, Utendus.*

Ab eo autem Deponente, quod nec Accusativum regit, nec Ablativum, tria tantum veniunt Participia: Præsens, Præteritum & Futurum in URUS, ut:

*Labor, Labens, Lapsus, Lapsurus.*

*Comparanturne Participia?*

Imò, comparantur quædam, *Participia*

*Quæ ergò Comparantur?*

Tantum Præterita aliqua, ut:

*Optatus, Optatior, Optatissimus.*

*Comparanturne etiam Præsentia & Futura?*  
Non.

## DE ADVERBIO.

*Quid est Adverbium?*

**A**dverbium est Pars Orationis, quæ Actionis aut Passionis circumstantiam unâ voce effert, ut: *Dicit graviter.*

*Quot sunt Species Adverbiorum?*

**4** Duæ: Primitiva, ut: *Cras.*

& Derivata, ut: *Vesper, à Vesper.*

*Quot sunt significationes Adverbiorum?*

Significationis Adverbiorum multa capita

9.  
a-  
as,  
is.  
is.  
ci-  
nt  
in

1912

his  
ef-

pi-  
ta





ta sunt. Sed ex omni varietate Significationum triginta & unam præcipuè consideramus.

## I. LOCI.

In Loco; ut: *Hic, Isthic, Illinc, &c.* Quorum

Interrogativum est: *Ubi? Wo.*

De Loco; ut: *Hinc, Isthinc, Illinc. &c.* Quorum

Interrogativum est: *Unde? Woher? Von Wannen?*

Per Locum; ut: *Hac, Isthac, Illac. &c.* Quorum

Interrogativum est: *Quà? Wodurch?*

Ad Locum; ut: *Huc, Isthuc, Illuc, &c.* Quorum

Interrogativum est: *Quò? Wohin?*

Versus Locum; ut: *Horsum, Isthorsum, Illorsum*

*&c.* Quorum Interrogativum est, *Quorsum; Wohinwärts? Wo gegenwärts?*

## II. TEMPORIS.

Ad Interrogativum Quando? *Hodie, Heri, Cras, &c.*

Ad Interrogativum Quamdiu? *Semper, Aliquamdiu, &c.*

## III. NUMERI.

*Semel, Bis, Ter, Quater, &c.* Ad Interrogativum *Quoties? Wie oft?*

## IV. MAGNITUDINIS.

*Longè, Latè, Breviter, Prolixè &c.* Ad Interrogativum *Quantum vel Quousq.*

## V. QUANTITATIS IN GENERE.

C

Multum

*Multum, Parum, Aliquantum, Modicum, &c.*

Ad Interrogativum, *Quantum? Wieviel?*  
*Wie groß? Wie sehr?*

## VI. QUALITATIS.

*Ita, Sic, Aliter, Pulchre, Doctè, Benè, Malè, &c.*

Ad Interrogativum *Quomodo? Wie?*

## VII. SIMILITUDINIS.

*Quasi, Ceu, Sic, Ut, Uti, Sicut, Quemadmodum, &c.*

## VIII. INTENDENDI.

*Valdè, Prorsus, Nimiùm, Admodùm, Omnino, &c.*

## IX. REMITTENDI.

*Sensim, Paulatim, Pedetentim, Aegrè, Vix, &c.*

## X. MINUENDI.

*Saltem, Minimum, At, Certè, Vel.*

## XI. COMPARANDI.

*Magis, Minus, Tam, so wohl/ Quàm, als wohl/*  
*Tanquam Aeqvè, Perinde, &c.*

## XII. ELEVANDI.

*Scilicet, Nimirum, Videlicet, Susque deque.*

## XIII. DUBITANDI.

*Forfan, Forsitan, Fortassis, An, Num, &c.*

## XIV. INTERROGANDI.

*An? Num? Ne? Cur? Quare? Ubi? Qvò? Undè?*  
*Quando? Quandiu? Quoties? Quomodo? &c.*

## XV. AFFIRMANDI.

*Ita, Etiam, Sic, Certè, Profectò, &c.*

## XVI. NEGANDI.

*Haud, Non, Neg, Nequaquam, &c.*

## XVII. DEMONSTRANDI.

*En, Ecce.*

iel?

Et.

Et.

Et.

shl

nde?

Et.

IIX.







## XIIII. JURANDI.

*Ne, Profectò, Verè, Amen, &c.*

## XIX. HORTANDI.

*Eja, Age, Agite, Cedo, &c.*

## XX. OPTANDI,

*Ut, Utinam, Si, O si.*

## XXI. CONDITIONIS.

*Sis, Sodes, Suktis.*

## XXII. CONCEDENDI.

*Sane, Sanequidem, Illicet.*

## XXIII. PROHIBENDI.

*Ne, Nequaquam, Minime.*

## XXIV. RESTRINGENDI.

*Quà, Quatenus, Quando.*

## XXV. CORRIGENDI.

*Imò, Potius, Magis, Verius.*

## XXVI. ELIGENDI.

*Precipue, Imprimis, Presertim, Potius, Magis.*

## XXVII. EXCLUDENDI.

*Solum, Tantum, Modò, Saltem, &c.*XXVIII. SEPARANDI & DISTRI-  
BUENDI.*Seorsim, Separatim, Privatim, Simpliciter, Du-  
pliciter, &c.*

## XXIX. CONGREGANDI &amp; COMITANDI.

*Simul, Unà, Pariter, Collectim.*

## XXX. ORDINIS.

*Primò, Secundò, Tertio, Deinde, Deinceps, &c.*

## XXXI. EVENTUS.

*Fortè, Fortuitò, Forte Fortuna, Casu, &c.*

*Quot sunt Figurae Adverbiorum?*

Duæ: Simplex, ut: *Prudenter.*

Et Composita, ut: *Imprudenter.*

*Quæ Adverbia comparantur?*

Orta à Nominibus Adjectivis Comparabilibus, Comparativum in US, Superlativum in ME formando, ut:

<i>Fortiter,</i>	<i>Fortius,</i>	<i>Fortissimè.</i>
<i>Doctè,</i>	<i>Doctius,</i>	<i>Doctissimè.</i>
<i>Benè,</i>	<i>Melius,</i>	<i>Optimè,</i>
<i>Malè,</i>	<i>Pejus,</i>	<i>Pessimè.</i>

### DE PRÆPOSITIONE.

*Quid est Præpositio?*

**P**Ræpositio est Pars Orationis, propemodum ut Articulus, Verbo Nomen adjungens, quod aliquam facti circumstantiam significat, ut: *Sum in Schola; Venio è Templo.*

*Quotuplices sunt Præpositiones?*

Duplices; aliæ Separabiles, aliæ Inseparabiles.

*Quæ Præpositiones sunt Separabiles.*

Quæ separatim extra Compositionem aliquid significant, ut: *Ad, Apud, A, Ab, In.*

*Quomodo dividuntur Separabiles?*

Trifariam: Quædam regunt Accusativum: Quædam Ablativum: Quædam utrumque Casum.

*Quot Præpositiones regunt Accusativum?*

Triginta: *Ad, Apud, Ante, Adversus, vel Adversum*

*versum, Cis, Citra, Circum Circa, Circiter, Contra, Erga, Extra, Inter, Intra, Infra, Juxta, Ob, Penes, Per, Pone, Post, Præter, Prope, Propter, Secundum, Secus, Supra, Trans, Versus, Ultra.*

*Quot Præpositiones regunt Ablativum?*

Septendecim: *A, Ab, Abs, Absq̄s, Cum, Clam, Coram, De, E, Ex, Pro, Præ, Palam, Procul, Simul, Sine, Tenus.*

*Quot Præpositiones regunt utrumq̄ Casum?*

Quatuor: *In, Sub Super, & Subter.*

*Quæ Præpositiones sunt Inseparabiles?*

Septem: *An, vel Am, Di, vel Dis, Ne, Re, Se, Ve, Con.*

## DE CONJUNCTIONE.

*Quid est Conjunctio?*

**C**onjunctio est Pars Orationis, quæ superioribus sententiis aut partibus subinde alias annectit, ut:

*Nox & Amor. Vinumque nihil moderabile svadent.*

*Quot sunt Figurae Conjunctionum?*

Duæ: Simplex, ut: *Nam,*

& Composita, ut: *Namq̄s.*

*Quot sunt significationes Conjunctionum?*

Præcipue duodecim: Copulativa, Disjunctiva, Electiva, Adversativa, Concessiva, Conditionalis, Exceptiva, Explanativa, Causalis, Conclusiva seu Ratiocinativa, Ordinis seu Continuativa, & Completiva.

*Da Conjunctiones harum Significationum?*

I. Copulativæ: *Et, Que, Quoque, Atq; Etiam, Simul, Cum, Tum, Nec, Neg; Neu, Neve &c.*

II. Disjunctivæ: *Ve, Vel, Aut, Sed, Con-  
dern/ Seu Seu, Sive Sive.*

III. Electivæ: *Quam, Ac, Atq;.*

IV. Adversativæ: *At, Sed, Abert Ast, At-  
qui, Autem, Verum, Verò, Verum Enimverò, In-  
terea, Interim, Tamen.*

V. Concessivæ: *Est, Etiamsi, Tametsi, Quan-  
quam, Quamvis, Licet, Ut, Quidem, Equidem, Sa-  
nè, Saltem.*

VI. Conditionales: *Si, Sin, Nisi, Wo nichts  
Siquidem, Modò, Nur/ Dum, Dummodo, Quod-  
si, Quoad, Quatenus, Alioquin, Cateroquin, Aliàs.*

VII. Exceptivæ: *Nisi, Ohne Nur/ Prater-  
quam, Extraquam.*

VIII. Explanativæ: *Seu, Sive, Vel, Scilicet,  
Nempe, Nimirum, &c.*

IX. Causales: *Nam, Namque, Enim, Ete-  
nim, Quia, Quod, Quoniam, Quando, Quando-  
quidem, Quandoque, Si, Siquidem, Quippe, Ideò,  
Propterea, &c.*

X. Conclusivæ feu Ratiocinativæ: *Ergò,  
Ideò, Igitur, Idcirò, Quapropter, Proinde, Quam-  
obrem, Quare, Propterea, &c.*

XI. Ordinis feu Continuativæ: *Insuper,  
Postea, Postquam, Deniq;, Deinde, Deinceps,  
Præterea; Primò, Secundo, Ultimò &c.*

XII. Completivæ: *Nam, Ne, Ergò, Igitur.*

*Quotuplex est Ordo Conjunctionum in Oratione?*

Triplex

772

no

tt-

n-

n-

a-

tt

d-

ss

x-

tt

e-

a-

ss

ss

n-

ss

ss

ss

ss

ss



Triplex: Præpositivus, Postpositivus, & Communis seu Indifferens.

*Quæ Conjunctiones sunt Præpositivæ?*

Quæ in Oratione tantum præponuntur, ut: *Num, Quare, Ac, Ast, Nec, Si, Quin, Nisi, Sin, Sen, Sive, Verum.*

*Quæ Conjunctiones sunt Postpositivæ?*

Quæ in Oratione tantum postponuntur, ut: *Que, Enim, Autem, Quoque, Verò, Quidem.*

*Quæ Conjunctiones sunt Communes seu indifferentes?*

Quæ indifferenter aliàs in Oratione præponuntur, aliàs postponuntur, ut: *Ergo, Igitur, Itaque, Quoniam, Tamen, Nam, Completivum.*

## DE INTERJECTIONE.

*Quid est Interjectio?*

Interjectio est pars Orationis, quæ pro modo non est dictio, sed plerumque sonus inconditus animi affectionem significans, ut:

*Papa, Vah, Hui, Ah, Prob.*

*De præcipuas Significationes Interjectionum?*

## INTERJECTIONUM ALIÆ

SUNT

Admirantis: *Papa, Vah, Hui, Hem.*

Approbantis vel Laudantis: *Euge, Eia, Maclè.*

Comminantis: *Væ, Hem.*

Dolentis: *Væ, Heu, Eheu, Hei, Au, Ah, Prob, &*

*Ha, Jo.*

C 4

Metu-

Metuentis: *At at.*

Indignantis: *Hem, Ehem, Vab, Hau, Oh, O, Proh.*

Gaudentis: *Evax, fo, Ho, Evohe, Ju.*

Irridentis: *Hui, Vab, Hem, Eia.*

Ridentis: *Hababe.*

Lacrimantis: *Hei, Hoi, Oh, Ohe, Eho.*

Blandientis: *Eia, Sodes, Sis.*

Exclamantis: *O, Adeo.*

Vocantis: *O, Hens, Eho.*

Revocantis: *Eia, (Plaut. Casin. 3. 6.)*

Respondentis: *Hem, Ehem.*

Fastidientis: *Apage, Ohe, Phy.*

Silentium præcipientis: *Au, St, Bat, Pax, Ho.*

---

FINIS ETYMOLOGIÆ.

---

DE SYNTAXI.

*Circa quid versatur Syntaxis.*

**C**irca dictiones conjunctas, seu integræ  
Orationem.

SYNTAXIS NOMINUM.

REGULA I.

Adjectivum & Substantivum eodem Ge-  
nere, Numero & Casu coherent, ut:

*Amicus certus in re incerta cernitur.*

*Tres equi. Quing. millia.*

REGULA II.

Relativum cum antecedente Substantivo  
necesse est Genere & Numero consentire, ut



*Quò semel est imbuta recens servabit odorem  
Testa diu.*

Casu autem convenire necesse non est; Nam  
is sequenti Nomini, Verbo vel Præpositioni  
responder, ut:

*Habeo tibi honorem, quo dignus es.*

## REGULA III.

Substantivum cum Substantivo in eodem  
Casu poni non potest, nisi per Appositionem.

*Quid est Appositio?*

Appositionem vocant, I. Quando duo vel  
plura Substantiva, eodem casu absque Conjun-  
ctione, de eadem re dicuntur, ut:

*Effodiuntur opes irritamenta malorum,*

*Marcus Tullius Cicero Consul.*

II. Quando Substantivo Masculini aut Fœmi-  
nini Generis Græcorum more additur Adje-  
ctivum Neutrum, Substantivè positum, ut:

*Deus, Summum bonum.*

*Fama malum, quo non aliud velocius ullum.*

## REGULA IV.

Substantivum cum Substantivo rei diversæ,  
Genitivo Casu jungitur, ut:

*Initium sapientia, timor Domini.*

*Verba Accusandi. Instar montis.*

## REGULA V.

Dativum adsciscunt Adjectiva quæ Commo-  
cum, Facilitatem, Similitudinem, Pro-  
prietatem, Amicitiam, Aptitudinem, Æ-  
qua-

qualitatem, Propinquitatem, aut his contraria significant, ut: *Bonum mihi est.*

*Filius Patri similis est. Gens inimica mihi.*

*Malum malo aptissimum. Proximus egomet mihi.*

## REGULA VI.

Quæ certum magnitudinis modum aut spacium significant, sæpius Accusativo Casu, rarius Genitivo vel Ablativo junguntur cum Adjectivis quantitatem significantibus, ut:

*Umbra quatuor pedes longa.*

*Arcas latas pedum denum longas pedum quin-  
quagenum.*

*Fossam sex cubitis altam, quam duxisset.*

## REGULA VII.

Ablativo Casu cum convenientibus Adjectivis junguntur, quæ Causam, Instrumentum, Modum, Partem, Excessum, & similem Circumstantiam, vel Adjectivum significant, ut:

*Lassus curâ. Promptus manu.*

*Crine ruber; niger ore; brevis pede; lumine lesus.*

*Longior me digito; Genere Andriâ.*

*Ennius ingenio maximus, arte rudis.*

## REGULA IIX.

Comparativi adsciscunt Ablativum rei superata, qui exponitur per particulas: *Quam, Ac, Atque, ut:*

*Pallus argentum est auro, Virtutibus aurum.*

## REGULA IIX.

*Dignus, Indignus, Fretus, Præditus, Con-  
ten-*

Reg. VI

Wann ich nach einem Ad-  
 jectivo: so mit seinem Sub-  
 stantivo in einem Genere  
 Numero und Casu Regel:  
 fragen. Son: Wie lang, Wie  
 breit, Wie hoch, Wie tief  
 etc: so muß es gewisse Zeit  
 der Dreyer, Dreyer etc  
 in Accusativo gesetzet wer-  
 den. Nach 1 Regel: Zweyten

VII

Wann ich nach einem Ad-  
 jectivo fragen Son: Moran,  
 Manich, Madam, Morung, man-  
 umb, Wie, Morung etc. gesetzet  
 gewöhnlich in Ablativo,  
 nach 1 Regel. Ablativo Casu.

VIII

Wann nach einem Adjectivo,  
 welches Comparativi Gradus ist,  
 gefragt. Das Werthe. Es  
 wird solches in Latinus  
 gelaßt, und das folgende  
 Substantivum im  
 2ten, nach 1 Regel: Comparati-  
 vischen

<sup>Reg. IX.</sup>  
Das Adjectiva: Dignus, In-  
dignus, Fretus, Praeditus, Con-  
tendit, Turgidus, Gravis und  
Vendialis, nehmen einen  
Ablativum in sich, nach der  
Regel: Dignus, Indignus etc.

Das Wort Spius, wenn es  
Griff hat: von nöthen, nimmt  
in sich einen Dativum vor  
sich, welcher stant von  
nöthen ist, und einen Nomina-  
tivum & Ablativum der  
Dinge, so von nöthen ist.  
Ns. Der Ablativus ist gebüh-  
rig.

<sup>Reg. I.</sup>  
Wenn das Wort Dein sich in  
gehörigliche Beziehung befin-  
det, so muß das Prädicatum Res-  
sivum Siles mit Eigenthum  
liegen. Darin in einem Genere,  
Numero und Casu, stehen, nach  
der Regel.

<sup>Reg. II.</sup>  
Wenn es Pronomen Relativum  
Qui, Quae, Quod, soviel es sich  
als Satz, nicht ob einem Conjun-  
ctivum in sich. <sup>Reg. I.</sup>  
Vor einem Verbo Personalis finito

tentus, Turgidus, Gravis, Venalis, Ablativum adsciscunt, ut:

*Dignus laude. Indignus honore.*  
*Fretus Dei auxilio. Præditus formâ.*  
*Contentus paucis. Turgidus aquâ,*  
*Gravis ære. Morte venalem laurum.*

## REGULA X.

Opus boni nōthen / adsciscit Dativum personæ, & Nominativum vel Ablativum rei acquirendæ: sed Ablativum tamen frequentius, ut:

*Dux & autor nobis opus est.*

*Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo.*

## SYNTAXIS PRONOMINUM.

## REGULA I.

Quando Possessio vel Actio in aliud significatur, utimur Possessivis Pronominibus, eodem Genere, Numero & Casu, cum re possessa, ut:

*Liber meus; Ager tuus; Labores vestri.*

## REGULA II.

Relativum, *Qui, Quæ, Quod*, quando Causam significat, Coniunctivum petit, ut:

*Dignus est, qui ametur, i. e. ut ametur.*

## SYNTAXIS VERBORUM.

## REGULA I.

Nominativus præcedit Verbum Personale finitum, simili Numero & Personâ ut:

*Ego Lego; Tu scribis.*

*Submissis finitivi Modi*  
*Regulæ in Coniunctivis*  
*Regulæ in Imperativis*

## REGULA II.

*Sum, Fio, Forem, Evado, Existo, Manco & Nascor,* habent ante & post se Nominativum, ut :

*Ira furor brevis est.*

*Meus frater quotidie fit doctior.*

*Querebas, quis aut hoc miserior, aut illo be-  
atior foret ?*

*Tu evades vir doctus.*

*Pater tuus extitit mihi autor hujus rei.*

*Terra manet immobilis.*

*Tullia nata fuerat homo.*

## REGULA III.

Verba Passiva Nuncupandi, Existimandi, & Cognoscendi, utrinque Nominativum admittunt, ut :

*Electus Saxonie vocatur Prefectus Pratorii.*

*Ille vult videri pius.*

## REGULA IV.

Genitivum postulant: *Sum, Forem, Fio,* quando Possessionem aut Proprietatem significant, ut :

*Hec vestis est Patris.*

*Demetrius Etolorum facta est.*

## REGULA V.

Verba Memoriae recipiunt Genitivum, vel Accusativum vel Ablativum cum Praepositione *DE,* ut :

*Memini, Recordor, Admoneo te, Commoneo te,  
Commonefacio te hujus rei, vel hanc rem, vel  
de hac re.*

RE-

## REGULA VI.

Accusandi Verba, Damnandi, & Absolven-  
di, præter Accusativum personæ, adsciscunt  
Genitivum Poenæ aut Criminis, ut:

*Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri  
oportet.*

*Sceleris codemnat Generum suum.*

*Liberavit ejus culpæ regem.*

## REGULA VII.

Quodlibet Verbum admittit Dativum Per-  
sonæ aut rei, cui qualicunqve modo aliquid ac-  
quiritur vel adimitur, ut:

*Tribuo illi eruditionem.*

*Dono tibi librum.*

## REGULA VIII.

Verbo EST Habendi significatione, cum Da-  
tivo possessoris utimur, ut:

*Est mihi namq; domi Pater, est injusta no-  
verca.*

## REGULA IX.

Quibusdam Verbis gemini Dativi adduntur,  
quorum alter personam, alter commodum aut  
incommodum significat, ut:

*Est mihi lucro. Est mihi odio. Est mihi honori.*

## REGULA X.

Activa Verba omnia, Accusativum patien-  
tis adsciscunt, ut:

*Amo Deum. Honoro Parentes.*

*Aro terram. Bibo Vinum.*

Sic & Deponentia, quæ Activè significant, ut:

*Ample-*

*Amplector virtutem. Seqvor ducem,*

## REGULA XI.

Passiva Verba omnia, Ablativum agentis  
adsuscunt cum Præpositione A vel AB, ut :

*Laudatur ab his, culpatur ab illis.*

Sic etiam Neutra, atque Deponentia, Passivè  
significantia, ut :

*Liquefcit à Sole; Moritur ab ense.*

## REGULA XII.

Ablativo Casu cum verbis convenientibus  
junguntur, quæ Causam, Instrumentum, Mo-  
dum, Partem, Excessum, & similem Circum-  
stantiam, vel Adjunctum significant, ut :

*Oderunt peccare boni, virtutis amore.*

*Ferit illum gladio.*

*Laborare capite, pedibus, intestinis.*

*Scipio omnes sale, facetiisque superbat.*

*Laborare feбри, morbo.*

## REGULA XIII.

Verba, quæ copiam aut inopiam significant,  
Ablativum adsuscunt, ut :

*Redundat sanguine.*

*Non eget jaculis nec arcu.*

*Egeo & Indigeo*, etiam Genitivum admittunt,  
ut :

*Eget æris Cappadocum Rex.*

*Quasi tu hujus indigeas Patris.*

## REGULA XIV.

Ver.



is

è

is

-

-

,

,

,

,

,

,

,

,





SYNTAXIS VERBORUM.

Verba Implendi, Onerandi, Liberandi, &  
his contraria, præter Accusativum, adsciscunt  
Ablativum Materiae, ut : = // = // = // = // = // = // = // =  
*Implevit mero pateram.*  
*Onerare aliquem epistolis.*  
*Liberare aliquem vinculis.*

REGULA XV.

Ablativos adsciscunt hæc Deponentia; *Utor,*  
*Fruor, Fungor, Potior, Vescor, Nitor, Glorior,*  
ut :

*Utor vino. Fruor studiis meis. Fungor officio.*  
*Potius sum imperio. Vescor caseo, lacte, carne.*  
*Virtute decet non sanguine niti.*  
*Gloria rebus gestis.*

SYNTAXIS VERBORUM CUM NOMI-  
NIBUS TEMPORIS ET LOCI.

REGULA I.

Interrogatio per *QUANDO*, requirit NO-  
men Temporis in Ablativo Casu, ut :

*Superioribus diebus veni in Cumanum.*  
*Omnia plenilunio maria purgantur.*

REGULA II.

Interrogatio *QUAMDIU*, postulat fre-  
quenter Accusativum, raro Ablativum, ut :

*Unâ cum gente tot annos bella gero.*  
*Vixit annos viginti novem.*

REGULA III.

Nominibus Regionum, Provinciarum &  
Insularum, Præpositiones, sicut & Appella-  
tivis

tivis adduntur, five Verbis IN LOCO, five DE LOCO, five AD LOCUM significantibus adjiciantur, ut:

*Cajus in Italia dominari cupit.*

*Cajus ex Italia profectus est.*

*Fronsbergius duxit exercitum in Italiam.*

## REGULA IV.

Urbium Nomina sine Præpositione Verbis junguntur, & quidem si IN LOCO esse significatur, Primæ vel Secundæ Declinationis, Genitivo Singulari; Tertiæ autem Declinationis, & Pluralia tantum, Ablativo, ut:

*Sum Romæ, Wittebergæ, Dantisci; Carthagine, Venetiis.*

## REGULA V.

AD LOCUM significat Accusativus Urbium ejuscunqve Numeri aut Declinationis, ut:

*Noctuas Athenas portat. Proficiscor Romam.*

## REGULA VI.

DE LOCO, aut PER LOCUM significantibus Nominibus Urbium, Ablativò utimur, ut:

*Unde venis? Lipsiâ, Tarento, Venetiis.*

*Quâ ibis? Wittebergâ, Lugduno, Parisiis.*

## REGULA VII.

Propria Urbium imitantur & hæc Appellativa: *Domus, Rus, Humus, Belli & Militiæ.*

*Sum Domi; eo Domum; Venio Domo*

*Sum Ruri; Eo Rus; Redeo Rure.*

*Humi nascencia fraga.*

*Belli*

e  
ti-  
  
bis  
ni-  
ge-  
is,  
  
r-  
s,  
  
m.  
ti-  
  
el-  
  
lli



*Belli spectata domique virtus,  
Una semper militia & domi fuimus.*

## SYNTAXIS INFINITIVORUM.

## REGULA I.

Accusativus præcedit Infinitivum, perinde  
ut Nominativus Verbum finitum & exponi pot-  
est per Nominativum & Coniunctivum, adje-  
ctâ particulâ QVOD vel UT, ut:

*Ajo te Æacida Romanos vincere posse.*

*Metiri se quemq; suo modulo ac pede verum est.*

## REGULA II.

Infinitivi adduntur verbis significantibus  
qualem cunq; Voluntatem, Sensum, aut Fa-  
cultatem, ut:

*Cupit te videre. Audio cantari.*

*Nec tecum possim vivere, nec sine te,*

## REGULA III.

Casus sequens Infinitivum ESSE, FIERI, aut  
similia, convenit cum proximo Casu præceden-  
te, ut:

*Cave te tristem esse sentiat.*

*Tu cupis dici strenuus.*

## SYNTAXIS GERUNDIORUM

## ET SUPINORUM.

## REGULA I.

Nominativi Casus Gerundia in DUM, ne-  
cessi-

cessitatem significant, & vel Dativum personæ juxta se habent, vel Casum omnino nullum, ut: *Vigilandum est nobis. Nunc est bibendum.*

## REGULA II.

Genitivi Casus Gerundia in DI aliis Nominibus adjiciuntur, præcipuè Voluntatem aut Facultatem significantibus, ut:

*Animus occidendi.*

*Occasio emergendi*

## REGULA III.

Dativi Casus Gerundia in DO, subjiciuntur Nominibus aut Verbis in significatione CUI REI, ut:

*Aptus discendo.*

## REGULA IV.

Accusativi Casus Gerundia in DU M, Præpositione annectuntur Nominibus aut Verbis, ut:

*Aptus ad discendum.*

*Mitto illum ad speculandum arcem.*

## REGULA V.

Ablativi Casus Gerundia in DO, sequuntur Nomen aut Verbum, vel sine Præpositione, vel cum Præpositione, ut:

*Omnia conando docilis solertia vincit.*

*Ratio rectè scribendi cum loquendo juncta est.*

## REGULA VI.

Supina priora, si Activè ponuntur, Casum Verbi





ona  
ut :

mi-  
Fa-

ntur  
CUI

epo-  
, ut :

ntur  
, vel

ff.

afum  
Verbi





Verbi sui adsciscunt, & cum Verbis significantibus motum ad rem junguntur, ut:

*Venio salutatum amicos. Eo emptum panes.*

Si autem Passivè ponuntur, etiam Ablativum cum Præpositione regunt, ut:

*Spero literas meas à te lectum iri.*

## REGULA VII.

Posteriora Supina construuntur vel cum Adjectivis Facultatem aut Modum aliquem significantibus; vel cum Verbis significantibus Motum de loco, ut:

*Turpe dictu. Obsonatu redeo.*

## SYNTAXIS IMPERSONALIUM.

## REGULA I.

Impersonalia Passivæ vocis ante se Casum non habent; post se autem omnes Casus sui Verbi Personalis Activæ & Passivæ vocis recipiunt, præter Accusativum Activæ, ut:

*Egetur aris vel are,*

*Itur Athenas.*

*Mibi hic nec feritur, nec metitur,*

*Itur in antiquam sylvam.*

*Luditur de tuo corio.*

Non autem: *Legitur Virgilium.*

## REGULA II.

*Libet, Collibet, Licet, Lignet*, Dativos adsciscunt; *Decet, Dedecet, Oportet*, Accusativos cum Infinitivo, ut:

*Libet mihi deplorare vitam.  
 Nobis non licet esse tam disertis.  
 Mihi non liquet.  
 Omnes homines summâ ope niti decet.  
 Oportet mendacem esse memorem.*

## REGULA III.

Pathetica Impersonalia præcedunt Accusativi Personæ, sequuntur Genitivi rei, vel Infinitivi facti, ut:

*Nihil faciendum est, cujus nos pœnitere possit.  
 Nec te pœniteat calamò trivisse labellum.*

*Quæ sunt Impersonalia Pathetica?*

*Pœnitet, Piget, Pudet, Tædet, Miseret, & Miserefcit.*

## SYNTAXIS PARTICIPIORUM.

## REGULA I.

Participia, quando post se regunt Casus, imitantur Verborum suorum constructionem, ut:

*Legens Virgilium.  
 Legendus à Virgilio.  
 Egens ære & æris.  
 Accusandus negligentia.*

## REGULA II.

Participia Futura in DUS, necessitatem significantia, vel Dativum Personæ admittunt, vel Ablativum cum Præpositione, ut:

*Deus nobis orandus est.  
 Quia non putabam hæc nunc à me scribenda esse publicè.*

RE-





## REGULA III.

*Natus, Prognatus, Cretus, Satus, Editus, Ortus,*  
& his similia, Ablativum adsciscunt, *ut:*

*Nate Dea. Ovo prognatus eodem.*

*Sanguine cretus Syssiphio. Sate sanguine Divum.*

*Mæcenas atavis edite Regibus. Divis orte bonis.*

## SYNTAXIS ADVERBIORUM.

## REGULA I.

Adverbia subjiciuntur Verbis & eorum Participiis, ad explicandas actionum aut passionum circumstantias, *ut:*

*Festina lente. Quod citò fit, citò perit.*

*Sauciatus graviter. Bene doctus.*

## REGULA II.

Adjiciuntur Nominibus Adjectivis, aut adjectivè usurpatis Adverbia, Intendendi vel Minuendi gratià, *ut:*

*Homo valde pius. Maria semper virgo.*

*Vir parùm religiosus. Fæmina minùs proba.*

## REGULA III.

Interdum duo vel plura Adverbia sibimet ipsis subjiciuntur, *ut:*

*Sat cito, sssat bene.*

*Non admodum pulchrè.*

## REGULA IV.

Adverbia Derivata Primitivorum constructionem plerumque sequuntur, *ut:*

*Similiter huic vestitus erat.*

*Meliùs illo cecinit.*

D 3

RE-

## REGULA V.

EN & ECCE Nominativum & Accusativum adsciscunt, ut :

*En dextra fidesq̄s.*

*En quatuor aras.*

*Ecce autem nova turba & rixa.*

*Ecce miserum hominem.*

## REGULA VI.

SAT, SATIS, ABUNDE, AFFATIM, PARUM, PARTIM, ERGO pro Causa, Genitivum postulant, ut :

*Testium sat est. Satis abundeq̄s pœnarum est.*

## REGULA VII.

PRIDIE & POSTRIDIE Genitivum vel Accusativum adsciscunt, aut Verbum aliquod cum particula QVAM, ut :

*Pridie Nonarum. Pridie Nonas.*

*Postridie Nonarum. Postridie Nonas.*

*Pridie quam excessit è vita.*

## REGULA IIX.

QVUM, Wann/adsciscit Præsens, Perfectum & Futurum Indicativi, quando Tempus absolutè significat: & Præsens vel Futurum, Coniunctivi, quando quodammodo cum conditione facti, ut :


*Qvum audio ad te ire aliquem, literas ad te dare soleo.*

*Qvum audivi ad te aliquem ire, literas ei ad te dedi.*

*Qvum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.*

*Qvum*







*Quum faciem videas, videtur esse quantivis  
pretii.*

*Cognoscens, quum literas meas legeris.*

## REGULA IX.

QUUM, QUIS / vel QUAE / adsciscit Imperfectum  
& Plusquamperfectum Coniunctivi, ut :

*Quum scriberem, Quum scripsissem.*

## REGULA X.

DUM Indem / Weil / de re praesenti ad-  
huc in actu, sed non dum perfecta, Indicativo  
iungitur, sequente ferè voce INTEREA, ut :

*Dum apparatur, Virgo in Conclavi sedet.*

*Interea dum sermones cadimus.*

## REGULA XI.

DUM & DONEC, pro QUAMDIU, SO  
lange / Indicativis iunguntur, ut :

*Aegrotò, dum anima est, spes esse dicitur.*

*Donec eris felix, multos numerabis amicos.*

## REGULA XII.

QUOAD, SO lange / SO ferne / habet Indi-  
cativum & Coniunctivum, prout sententia est  
finita, vel infinita, ut :

*Quoad fuit in urbe, ejus consiliis obstiti.*

*Ut quoad possem & liceret, à senis latere nun-  
quam discederem.*

## REGULA XIII.

DUDUM,, PRIDEM & NUPER, Præteri-  
tis Verborum iungi postulant, ut :

*Narro huic, quæ tu dudum narraſti mihi.*

*Pridem vidimus eadem.*

D 4

Nuper

*Nuper differere ceperunt.*

## REGULA XIV.

UT pro *Postquam* Indicativum petit, ut:  
*Ut ab urbe discessi.*

## REGULA XV.

ANTEQVAM, PRIUSQVAM, Indicativis  
& Coniunctivis junguntur, ut:

*Experiri omnia cerum est, antequam pereo.*

*Priusquam de Republica dicere incipio.*

*Antequam de Republ. dicam.*

*Priusquam incipias, consulto opus est.*

## REGULA XVI.

Duæ Negationes apud Latinos in una eademque clausula faciunt affirmationem, ut:

*Non sum nescius; i. e. Scio.*

*Nonnulli homines, i. e. aliqui.*

## REGULA XVII.

NON, Adverbium Negandi omnibus Modis & Personis jungi potest, præterquam Imperativo Secundæ Personæ, ut: *Non facio.*

*Non fecit. Non faciam. Quasi non faciatis.*

*Non fecissetis. Non facerem. Si non fecera.*

## REGULA XVIII.

NE, Adverbium Prohibendi secundis tantum personis Imperativi, quibusvis autem Coniunctivi additur, ut: *Ne sevit antopere,*

*Prohibuit Pater ne facerem, faceres, faceret.*

## REGULA XIX.

NÆ per Diphthongum, Pronominibus præpositum, Indicativo vel Coniunctivo jungitur,

ut:

Ne

ris

a-

o-  
n-

n-  
m

æ-  
ur,

Na





*Næ ego homo sum infelix.*

*Næ tu si id fecisses, melius fama tua consulisses.*

## REGULA XX.

Optandi vel Imprecandi particulae, UT, U-  
TINAM, & OSI, Coniunctivum adfiscunt, ut:

*Ut illum Dii Deeq; perdant.*

*Omni præterito referat si Iuppiter annos.*

## SYNTAXIS PRÆPOSITIONUM.

## REGULA I.

**P**Ræpositio Nominibus & Verbis addit suum  
Casum, ut:

*Aptus ad studia. Ad Musas currere. Venio è Tem-  
plo.*

## REGULA II.

IN, SUB, SUPER & SUBTER, Accusativo  
ferviunt, cum motum ad locum significant;  
Ablativo, cum quietem, aut in loco fieri vel  
esse, ut:

*Eo in Scholam. Sum in Scholâ.*

*Manes veniet sub imos. Sub dio jacere.*

*Super arborem collocare. Super arbore sedere.*

*Subter murum advehitur. Subter ænsa testu-  
dine.*

SYNTAXIS CONIUNCTIO-  
NUM.

## REGULA I.

Coniunctio aut similia coniungit, aut dissi-  
milia præcedentibus connectit, ut:

*Nox & Amor, Vinumq; nihil moderabile sva-  
dent.*

*Fui Romæ & Athenis.*

## REGULA II.

UT Causalis, & quæ similem vim habent v.g.  
NE, QVO, QVIN, Coniunctivum adsciscunt,  
ut:

*Onare iussit hera, ad se ut venias.*

*Veritus sum, ne idem faceres.*

*Neq; id feci, quò tibi molestus essem.*

*Non dubium est, quin uxorem nolit filius.*

## REGULA III.

QVUM, pro QVOD, Daß/ habet Indicati-  
vum, ut:

*Tibi maximas ago gratias, quum tantum mea  
literæ potuerunt.*

## REGULA IV.

QVUM pro QVONIAM, Dieweil/ habet  
Coniunctivum Præsentis aut Perfecti Temporis,  
ut:

*Quum Athenas, tanquam ad mercaturam bona-  
rum artium sis profectus.*

## REGULA V.


QVIA, QVONIAM, QVANDO, QVAN-  
DOQVidem, & QVATENUS, fere Indicati-  
vum habent, præsertim in initio sententiæ, ut:

*Quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.*

## REGULA VI.

ETSI, TAMETSI, ETIAMSI, QVAN-  
QVAM







QVAM, sub initium sententiæ magis Indicativum postulant, ut :

*Et si suus cuique modus est; tamen magis offendit nimium quàm parum.*

Sed in medio & fine sententiæ, tam Indicativos quàm Coniunctivos recipiunt, ut :

*Præposteros habet tabellarios, et si me quidem non offendunt.*

*Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiam si per plures Deos juret, non oportet.*

REGULA VII.

QVAMVIS, LICET, UT pro *Quamvis* Coniunctivum adsciscuit, ut :

*Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.*

REGULA VIII.

QVAM *Electiva*, plerumque additur Comparativis, & Verbis vim comparativam habentibus, ut :

*Mea mihi conscientia pluris est, quàm omnium sermo.*

*Præstat honestè mori quàm inhonestè vivere.*

REGULA IX.

Electivæ particulae, ut plurimum Indicativos adsciscunt; rarò Coniunctivos, ut :

*Aliud mihi respondes ac rogo.*

*Aliud Honestum iudicas, quàm Philosophi statuunt.*

REGULA X.

QVIPPE, pro *Nam*, & Ironicè positum, Indicativum habet, ut :

*Movet me quippe lumen curiæ,*

*Quippe vector fatis.*

## SYNTAXIS INTERJECTIONUM.

## REGULA I.

Multæ Interjectiones sine casibus inferuntur orationi, ut:

*Eheu, quam pingvi macer est mihi taurus in arva.*

## REGULA II.

HEI & VÆ Dativum adsciscunt, ut:

*Hei mihi, qualis erat. Væ capiti tuo.*

## REGULA III.

PROH, AH, & VAH, regunt Accusativum, vel Vocativum, ut:

*Proh Deum atq; hominum fidem,*

*Proh sancte Jupiter, quid video?*

*Ab me miserum. Ab virgo infelix.*

*Vah inconstantiam. Vah mea Antiphila.*

## REGULA IV.

HEM & HEU, Dativum, Accusativum, vel Vocativum adsciscunt, ut:

*Hem misero mihi. Hem astutias. Hem Pamphile.*

*Heu misero mihi. Heu stirpem invisam. Heu pietas.*

*Heu prisca fides.*

## REGULA V.

HEUS & OHE Vocativum regunt ut:

*Heus. Syre. Ohe jam satis est, Ohe Libelle.*

## REGULA VI.

O Exclamandi particula, regit Nominativum, Accusativum, & Vocativum, ut:

*O vir fortis atque amicus.*

*O ingentem confidentiam.*

*O Dave, itane contemnor abs te?*

RE-

n-

aa.

m,

vel

ile.

is-

m,

RE-





## REGULA VII.

*O Vocadi, Compellandi, aut Blandiendi, Vocativum adsciscit, ut: O Deus, ades mihi propitius.*

*O Melibæ, Deus nobis hæc otia fecit.*

## FINIS SYNTAXEOS.



## DE PROSODIA.

*Circa quid versatur Prosodia?*

Circa syllabarum affectiones.

*Quot sunt Affectiones Syllabarum, quæ in Prosodia considerantur?*

Duæ: Quantitas, sive Tempus,  
& Tonus, sive Accentus.

## DE QUANTITATE SYLLABARUM.

*Quid est Quantitas, sive Tempus?*

Est Affectio, quâ Syllaba alia longa, alia brevis, alia communis habetur.

*Quot sunt species quantitatis seu Temporis?*

Per se & actu, Duæ: Tempus Longum, & Breve: quibus per Accidens & Potentia annumeratur Commune.

*Quid est Tempus Longum?*

Est productio syllabæ in Versu. Ejus nota est character lineolæ rectæ, -.

*Quid*

*Quid est Tempus Breve?*

Est correptio syllabæ in Versu. Ejus nota est character lineolæ deorsum incurvatæ. *v.*

*Quid est Tempus Commune?*

Est unius ejusdemque syllabæ sive productio sive correptio in Versu, prout usus postulat.

*Syllabæ ratione Temporis quotuplices sunt?*

Etiam per se duplices: vel Longæ, vel Breves: quibus per accidens annumerantur Communes.

*Quid est Syllaba Longa?*

Quæ habet Tempus longum.

*Quid est Syllaba Brevis?*

Quæ habet Tempus Breve.

*Quid est Syllaba Communis?*

Quæ utrumvis Tempus admittit, pro ut usus postulat.

Dicitur etiam Indifferens & Anceps.

*Quot Modis datur Tempus unum quod?*

Duobus: vel Naturâ vel Positione.

*Quid est Tempus Naturâ Longum, Breve, aut Commune?*

Quod nullo respectu, præsertim Consonantium habito, tale est, ut:

*Æquor, Clamo, Deus, Homo, Tibi, Dico.*

*Quid est Tempus Positione Longum aut Breve?*

Quod



ota

tio

re-  
m-

fus

an-

od





Quod vel naturâ Breve, ex alia causa etiam  
produci; vel naturâ Longum, ex alia causa et-  
iam corripitur potest, ut: *Pater, Patris, Præ, præeo.*

*Quot modis cognoscitur Tempus  
Syllabæ?*

Duobus; vel Autoritate, vel Regulis.

## REGULÆ GENERALES.

## REGULA I.

Diphthongus omnis Naturâ longa est, ut:  
*Cæsar, Cæna, Ajax, Eia, Troja, Hui, Aurum,  
Eurus.*

## REGULA II.

Contractio quævis naturâ longa est, ut:  
*Di pro Dii; Malo pro Mavolo.  
Tibicen, pro Tibiicen; Venatu, pro Venatui.*

## REGULA III.

Vocalis ante Vocalem naturâ brevis est, ut:  
*Italia, Reus, Mibi, Prohibeo.*

*In hoc negotio H dissimulatur.*

*Quæ excipiuntur?*

I. Fio habet I longum, nisi assumat R, ut:

*Fio, Fiebam, Fiam; at: Fierem. Fieri.*

II. Genitivi & Dativi Quintæ Declinatio-  
nis E ante I producant, ut:

*Speciei, Faciei, Diei. Præter: Rei, Spei, Fidei.*

III. Genitivi in IUS habent I longum in  
solu

solutâ oratione: in Carmine verò, Commune,  
*ut: Unius ob iram prodimur.*

*Unius ob noxam & furias Ajacis Oilci.*

Præter *Alius*, quod semper I ante US produ-  
 cit.

Et *Alterius*, quod I corripit.

REGULA IV.

Positione producitur Vocalis, quam sequun-  
 tur duæ pluresve Consonantes, aut una Du-  
 plex, *ut:*

*est, arma, axis, Gaza.*

Excipiuntur ab hac Positione, V Consonans  
 cum Q præcedente, quæ Vocalem ante se bre-  
 vem relinquunt, *ut:*

*equus, aqua, coquus, siliqua.*

REGULA V.

Positione Communes sunt. I. Diphthongi  
 ante Vocalem vel Diphthongum sive in medio  
 sive in fine dictionis, *ut:*

*Cum vacuus Domino præiret Arion.*

*Ver præit æstatem.*

*Aut purpurea aurora.*


*Insula Ionio in magno.*

II. Quando Muta & Liqvida ad eandem  
 syllabam pertinentes, Vocalem alioquin bre-  
 vem, sequuntur *ut:*

*patris, à pater; atlas, cygnus, volucris, tenebræ,*

Sed in soluta oratione talia perpetuo  
 corripiuntur,

RE-



the

pri  
the

Pr

Et

Et

ut:

Pr

lon

Sup  
cum



## REGULÆ SPECIALES.

## REGULA I.

Derivata retinent quantitatem primitivi seu thematis, ut:

*Dominus, Dominium, Dominor.*

*Fauces, Suffoco, Præfoco.*

EXCEPTIO. I. Præterita dissyllaba habent priores longas, quantacumque fuerit eadem syllaba thematis, ut:

*Lingvo, Liqui; Facio, Feci;*

*Cudo, Cudi: Video, Vidi.*

Præter: *Dedi, Tuli, Steti, Stiti, Bibi, Scidi, Fidi.*

Et quæ duabus Vocalibus finiunt, ut: *Rui, Plui.*

Et per Syncopen facta ut:

*ii pro iui; Petii, pro Petiui.*

II. Supina dissyllaba habent priores longas, ut: *Cudo, Cusum. Luo, Lutum. Video, Visum.*

Præter: *Datum, Satum, Ratum, Itum, Situm, Lutum, Citum, Rutum, Quitum.*

III. Quatuor hæc Præterita, quæ veniunt a longis, primam corripunt, ut:

*Genui, Posui, Potui, Coegi.*

## REGULA II.

Præterita Polyssyllaba in VI & SI, & ab his Supina in Tum & SUM, penultimas producunt, ut:

*Amo, Amavi, Amatam.*

E

Quæ

<i>Quiesco,</i>	<i>Quievi,</i>	<i>Quietum.</i>
<i>Quæro,</i>	<i>Quæsiui,</i>	<i>Quæsitum.</i>
<i>Ignosco,</i>	<i>Ignovi,</i>	<i>Ignotum.</i>
<i>Solvo,</i>	<i>Solvi,</i>	<i>Solutum.</i>
<i>Divido,</i>	<i>Divisi,</i>	<i>Divisum.</i>

Sic: ab *Obliviscor*, *Oblitus*; à *Gaudeo*, *Gavisus*.

At Supina in ITUM, quæ non ab IVI veniunt, penultimas corripunt, ut:

<i>Fugio,</i>	<i>Fugi,</i>	<i>Fugitum.</i>
<i>Credo,</i>	<i>Credidi,</i>	<i>Creditum.</i>
<i>Noceo,</i>	<i>Nocui,</i>	<i>Nocitum.</i>

Sic: *Agnosco*, *Agnovi*, *Agnitum.*

*Cognosco*, *Cognovi*, *Cognitum.*

Præter: *Recenseo*, *Recensui*, *Recensitum.*

## REGULA III.

Præteriti geminati trisyllabi prima brevis est, una cum mediâ sequente, ut:

*Didici*, *Tutudi*, *Cecidi* à *Cado*.

Excipiuntur penultimæ in *Pepèdi* à *Pedo*; *Cecidi*, à *Cado*.

## REGULA IV.

Composita retinent quantitatem Simplicium, nisi aliqua Generalium Regularum obstet, ut:

*Decido*, ex *De* & *Cado*.

*Præcido*, ex *Præ*- & *Cado*,

*Suffoco*, ex *Sub* & *Fauces*.

*Quare*, ex *qua* & *re*.

Nota I. Omnes Præpositiones exeuntes



sus.  
nt;

re-

do;

lici-  
tet;

ntes  
in





in Vocalem, ut aliàs, ita & in Compositione, producuntur, ut : *Depono, eligo, produco, divido, sejungo.*

Præter : *Ante, Absque, Sine, Pone, Prope & Re*, quæ corripuntur.

II. Omnes Præpositiones exeuntes in univocam Consonantem, corripuntur, ut :

*Ineo, Subeo, Supereminet, Abeo, Adefus, Cisalpinus, Intererat, Obesse, Perennis, Pratero, Circumeo.*

## REGULA V.

Quando in Polysyllabis Accentus justè collocatus est in penultimâ, tunc longa eadem notatur, ut : *Investigo, Adulor.*

Quando autem est in Antepenultima, penultima brevis notatur, ut : *Dominus, Mulieris.*

## REGULA VI.

Dissyllabarum dictionum prioris syllabæ quantitas judicatur per Compositionem ex accentu justè collocato, ) juxta Regulam præcedentem ) ut : *Scribo, Inscribo, Lego, Colligo.*

Excipiuntur : *Fidus*, à quo *Infidus* quidem producitur, ut & *Fiducia, Fido*; sed *Perfidus*, corripitur, ut & *Fides, Fidelis, Fideliter.*

## REGULA VII.

Quando dictio aliqua flectendo aut derivando minuitur numero syllabarum; tunc

syllabæ illius, quæ penultima facta est, quantitas ex Accentu judicatur (juxta Regulam quintam, ) ut :

*Audacia*, quia *Audax*, *Audacis*.

*Impedimentum*, quia *impeditum* & *Impedit*.

*Militis*, quia *Miles*, *Militis*.

*Conjugium*, quia *Conjugis*.

## REGULA IIX.

Plurimæ Syllabæ præsertim penultimæ ex Analogiâ Declinationum & Conjugationum sunt cognoscendæ, ut :

*Corpus*, *Corporis* : Ergo & : *Pectus*, *Pectoris*,

*Amo*, *Amabam*, *Amarem*, *Amare*, *Amatum*.

Ergo & : *Clamo*, *Clamabam*, *Clamarem*, *Clamare*, *Clamatum*.

*Lego*, *Legebam*, *Legerem*, *Egere*.

Ergo & : *Rapio*, *Rapiebam*, *Raperem*, *Rapere*.

## REGULA IX.

Genitivi Plurales Primæ, Secundæ & Quintæ Declinationis, A, E, O, in penultima producunt, ut :

*Duarum*, *Duorum*, *Dierum*.

## REGULA X.

Dativi & Ablativi plurales in BUS & BIS, (si B non ingreditur rectum) A, E, O, penultimæ producunt, ut :

*Deabus*, *Rebus*, *Bobus*, *ambobus*, *Nobis*, *Vobis*.

I & U corripunt, ut : *Arcibus*, *Arcubus*.

Præter *Bubus*, quod producitur. (*Bobus*, Antonio etiam corripitur.)

RE-

Fragment of text from the adjacent page, including letters like 'r', 'n', 'f', 'a', 'e'.





## REGULA XI.

A Characteristica primæ Conjugationis, E  
secundæ, & I quartæ, producitur, ut :

*Amas, Amabo, Amare.*

*Doces, Docebo, Docere.*

*Audis, Audirem, Audire.*

*Excipe.*

I. Quando vocalis immediatè sequitur, ut :

*Doceam, Audiam.*

II. Tertiam singularem Præsentis Indicativi

Activi, ut : *Amat, docet, audit.*

III. *Do*, quod *Das, Da*, quidem producit, sed  
alias *Da* corripit, ut,

*Dabam, Dabo, Darem, Dare.*

Etiam in Compositione, *Circumdabam.*

E. ante R, & I Tertiæ corripuntur, ut :

*Legerem, Legere, Legis.*

Nisi I finale sit, ut : *Legi*, Præterito ; *Legi*, Infinitivo.

Excipiuntur E ante R in tertia Plurali Perfecti Indicativi Activi, ut : *Legerunt, Legere* ; & secunda Singulari Futuri Indicativi Passivi,

ut : *Legeris, vel Legere.*

U autem inter conjugandum semper corripitur, ut :

*Sumus, Quesumus, Volumus.*

## REGULÆ SPECIALISSIMÆ.

A.

Nomina in A primæ aut tertiæ Declinationis ;

E 3

Item

Item Pluralia Neutra, brevia sunt, ut :  
*Hec Musa, Hoc Poema, hæc Arma.*

Excipiuntur Longa :

I. Numeralia Indeclinabilia, ut : *Triginta, Quadraginta, Sexaginta, &c.*

II. Vocativi à Masculinis in AS Primæ vel Tertiæ Declinationis, ut : *ô Ænea, Atla, Calcha, Palla.*

III. Ablativi Primæ Declinationis, ut : *à Musa, ab Europa, & Asia.*

Cætera ut Verba & Indeclinabilia in A producuntur, ut : *ama, memora, da, a, infra, supra, frustra, præterea, contra, puta, &c.*

Præter : *Eia, Ita, Quia*, quæ corripuntur,

E.

E in fine corripitur, ut : *Cepe, Cubile, Corpore, Patre, legere, temere, sponte, sape, ante.*

Excipiuntur Longa.

I. Græca in E primæ Declinationis, ut : *Antichise, Euterpe, Penelope.*

II. Neutra Pluralia in E, ut : *Tempe, Cede, Melc.*

III. Ablativi quintæ Declinationis in E, ut : *Fide, Specie, Die, Re, &c.* & quæ cum his componuntur, ut : *Hodie, Pridie, Postride, Quare, &c.* Additur his & *Fame.*

IV. Imperativi singulares secundæ Conjugationis, ut : *Doce, Tene, Sile, Tace.*

V. Adverbia in E, facta ex Nominibus secundæ



rel  
ul-  
na-  
o-  
ra,  
ode-  
nte.  
An.  
ede,  
ut:  
om-  
na-  
uga-  
ibus  
cun-



secundæ Declinationis, ut : *Belle, Pulchre, Docte, Valde, Maxime, Optime, Pessime, &c.*

Quibus se adjungunt etiam *Fere, & Ferme,*  
& Interjectio *Ohe.*

Sed *Bene & Male* corripuntur.

Monosyllaba in E, ut : *e, de, me ; te, se, ne,*  
(*Prohibendi particula*) Præter præpositionem  
Re; Enclyticas : *Que, Ne, Ve;* & syllabicas  
adjectiones : *pte, ce, te,* ut : *Meapte, Hicce,*  
*Tute.*

## I.

In I desinentia producuntur, ut : *Gummi, Si-  
napi, Domini, Patri, Domui, Qui, Illi, Legi,*  
*Dixi, Ni, ô Cæcili.*

Exceptio.

I. Indifferentia sunt : *Mibi, Tibi, Sibi, Ubi,*  
*Ibi, Utri, Adverb.* Et Composita : *Veluti, Sicuti.*

II. Brevia sunt : *nisi, quasi, & cui,*  
quum dissyllabum est.

## O.

In O Indifferentia sunt, ut : *Leo, Virgo, Duo,*  
*Ambo, Ego, Lego, Amato, Doceto, Vigilando,*  
*Meditando.*

Exceptio.

I. Dativi & Ablativi producuntur, ut : *Do-  
mino, Lupo, Scamno.*

II. Præpositio *pro* & *Adverbia à Nomi-  
bus orta* producuntur, ut :

*Subito, Merito, Multo, Tanto, Quanto, Falso,*

E 4

Qui

Quibus adduntur: *Ergo*, (*pro causa*) *Adeo*, *Ideo*,  
*Profecto*, *Ultrò*, *Idcirco*.

Præter hæc Adverbia: *Cito*, *Modo*, *Dummodo*,  
*Postmodo*. Item: *Cedo pro Dic*, *vel Da*, *Illico*.  
Quibus addunt & *Imo*.

Indifferentia tamen sunt: *Quomodo*, *Porro*, Con-  
junctio: *Vero*, & *Ergo*, *pro* *Igitur*.

U.

U in fine semper longum est, *ut*: *Cornu*, *Ge-  
nu*, *Fructu*, *Curru*, *Amatu*, *Risu*.

Y.

Y in fine breve est, *ut*: *Moly*; *ô Tethy*.

B, D, T, L, M.

Definentia in B, D, T, L, M, corripuntur, *ut*:  
*Ab*, *Ad*, *Caput*, *Mel*, *Circum*.

Excipiuntur longa: *Sal*, *Sol*, & *Nil*.

C. H.

In C & H longa sunt, *ut*: *Lac*, *Dic*, *Duc*, *Hic*,  
*Illic*, *Proh*, *Ab*, & *Vab*.

Excipiuntur.

*Hic* Pronomen Masculinum, quod indiffe-  
rens est: cum Adverbium *Hic* juxta Regulam  
producat.

II. *Nec*, *Donec*, quæ corripuntur, *ut* & Im-  
perativus *Fac*.

N.

In N brevia sunt, *ut*: *Lumen*, *Numen*, *Tamen*,  
*Ilion*, *Daphnin*, *Capyn*, *Thethyn*.

Excipiuntur Monosyllaba hæc, quæ pro-  
ducuntur: *Ren*, *Splen*, *Qvin*, *En*, *Non*, Item:  
*Lien*, R.

do,

do,

ico.

on-

Ge-

ut :

tic,

ce-

am

n-

m,

o-

n :

R.





## R.

Rin fine corripitur, ut: *Casar, Pater, Vir, Cor, Vultur, Martyr, Sequor, Sequitur, Sequuntur, Sequitor, Circiter, Propter.*

Excipe *Par*, cum *Compositis, Impar, Compar &c.* Item: *Nar, Lar, Far, Cur, Fur, & Ver.*

## AS.

In AS longa sunt, ut: *Bonitas, Mensas, Aznas, Facias.*

## ES.

In ES longa sunt, ut: *Fides, Res, Fames, Sacerdotes, Patres, Doces, Ames, Facies, Legeres, Decies, Tricies, Ducenties, Inquies, Subst. & Adj.*

## Exceptio.

I. Brevia sunt in ES tertiæ Declinationis, quæ penultimam, Genitivi imparisyllabici corripunt, ut: *Seges, Segetis; Teges, Præses, Dives, Miles.*

Præter: *Ceres, Aries, Paries, Abies; Et Pes* cum *Compositis*, ut: *Bipes, Tripes, Loripes, Cornipes, Sonipes &c.*

II. Brevis est Præpositio *Penes.*

III. *Es à, Verbo Sum*, corripitur etiam in *Compositis; Es, Ades, Præs.* Sed: *Es, ab edo* producitur.

## IS.

IS breve est, ut: *Ignis, Piscis, Matris, Legis, Legitis, Bis.*

E S

Ex

## Exceptio.

I. Producuntur Dativi & Ablativi Plurales, ut: *Dominis, Musis, Nobis*. Huc refer & *Quis* pro *Quibus*.

II. Verba Quartæ producunt secundam Singularem Præsentis Indicativi, ut: *Audis, Abis*.

## OS,

OS longum est, ut: *Bos, Ros, Dos, Os, oris, Arbos, Honos, Dominos*.

## Excipiuntur Brevia.

I. *Compos, Os offis, Exos*.

II. Græca in OS per omicron, ut: *Delos, Chaos, Pallados, Tethyos*.

## US.

US breve est, ut: *Dominus, Tempus, Patribus, Fructus, Amamus, Secutus, Intus, Secus, Tenuis*.

## Exceptio.

I. In US Tertie Declinationis, quæ U in obliquis retinent, producuntur, ut: *Tellus, uris; Salus, utis; Mus, Muris; Sus, Suis*.

Præter *Pecus, udis; Intercus, utis; Ligus, Liguris*.


II. Genitivus Singularis, Nominativus, Accusativus & Vocativus Plurales in US Quartæ, producuntur, ut: *Hujus Fructus, Hi Fructus, Hos Fructus, ô Fructus*.

## YS.

YS per Y breve est, ut: *Chelys, Capys*.

DE





s.  
E





DE ACCENTU SEU TONO  
SYLLABARUM.*Quid est Tonus seu Accentus?*

Tonus seu Accentus est pronunciandi ratio, quâ syllaba alia efferendo attollitur, alia deprimuntur.

*Quot sunt Toni?*

Tres: Acutus, Gravis, & Circumflexus.

*Quid est Acutus?*

Acutus est Tonus, quo Syllaba pronunciando nonnihil attollitur, ut:

*Dóminus, óptimus, Legere.*

*Nota ejus apud Græcos est.*

*Quid est Gravis?*

Gravis est Tonus, quo Syllaba æqvabiliter absqve aliqua vocis elevatione profertur, ut: *ultimam Dominus, Legere.*

*Nota ejus apud Græcos est.*

*Quid est Circumflexus?*

Circumflexus est Tonus, quo Syllaba eum mora paulò majore effertur, ut:

*amare, amârim amâsse.*

*Nota ejus apud Græcos est, vel: quarum posterior etiam Latinis in usu est.*

*Quos Accentus capit qualibet dictio?*

Præter Gravem, qualibet dictio unicum Accentum per se habet, vel Acutum, vel Circumflexum.

*Quot*

*Quot sunt sedes Accentuum horum?*

Tres: Ultima, Penultima & Antepenultima  
syllaba.

*Quot sunt sedes Acuti?*

Quævis harum trium, hoc est: vel Ultima,  
vel Penultima, vel Antepenultima syllaba, ut:

*Pér, Sémper, Désuper.*

*Quæ sunt sedes Circumflexi?*

Duæ: vel Ultima, vel Penultima, ut:

*Mos, Munus.*

*Quæ sunt sedes gravis?*

Gravis concipitur in omnibus syllabis, quæ  
nec acuuntur, nec circumflectuntur, ut: in di-  
ctione *Misericordia*: omnes syllabæ habent Gra-  
vem, præter *Cor*, quæ acuitur.

#### DE PEDIBUS.

*Quot & quotuplices sunt Pedes?*

Pedes numero viginti & octo; sunt duplices:  
Alii Simples, ut: Dissyllabi & Trisyllabi, (de  
quibus hic agemus) alii Compositi, ut: Tetrasyl-  
labi, (de quibus alibi.)

*Quot sunt Pedes Dissyllabi?*

Quatuor: 1. Pyrrichius *uu Deus.*

2. Spondens -- omnes.

3. Jambus *v-pios.*

4. Trochæus - *v salvat.*


*Quot sunt Pedes Trisyllabi?*

Octo: 1. Trybrachys *uuu Dominus.*

2. Mollofusus --- *è cælis.*

3. Dactylus - *uu respicit.*

4. Ana-





4. Anapæstus *vv - homines.*
5. Amphibrachys *v-v notatq̄.*
6. Amphimacrus *-v- flammeis.*
7. Bacchæus *v -- ocellis.*
8. Antibacchæus *-- v peccata.*

## DE VERSU ET CARMINE.

*Quot sunt Partes Versus?*

Materialiter, sunt Dictiones.

Formaliter, Pedes.

Subjectivè & Localiter, Regiones.

*Quid differunt Pes & Regio?*

Pes est syllabarum certarum quantitas definita. Regio est Locus, quem Pes quisque debito ordine occupat.

*Sed sæpè tamen etiam Regio Pes appellatur & Metrum.*

*Quid in genere de Versibus est notandum?*

Ultimæ syllabæ cujuscunque Versus sunt legibus solutæ.

*Quomodo differunt Carmen & Versus?*

Ut Totum & Pars. Carmen enim, ut Totum, constat ex pluribus Versibus tanquam partibus.

*Quot sunt usitata Genera Carminum?*

Novem. Hexametrum, Anapæsticum, Elegiacum, Jambicum, Adonicum, Sapphicum, Phæciacum, Choriambicum, Glyconicum.

DE

## DE HEXAMETRO.

*Quid est Genus Carminis Hexametricum?*

Est quod constat meris Versibus Hexametris.

*Quid est Versus Hexameter?*

Est qui constat sex metris seu regionibus, quarum priores quatuor sine discrimine recipiunt Spondeum vel Dactylum; quinta ferè solum Dactylum; sexta Spondeum vel Trochæum.

*Datypum Hexametri?*

1	2	3	4	5	6
--	--	--	--	--	--
				-uu	
-uu	-uu	-uu	-uu		-u

*Omnia conando docilis solertia vincit.*

*Quo mecumq; vocat Jehova, sequar usq; vocantem.*

## DE ELEGIACO.

*Quid est Genus Elegiacum?*


In quo Hexameter & Pentameter alternatim ponuntur.

*Quid est Versus Pentameter?*

Est qui habet quinque Pedes.

*Datypum Pentametri?*







1	2	3	4	5
--	--			-
		--uu	-uu	
-uu	-uu			u

*Vulgus amicitias utilitatè probat.*

*A cane non magno saepe tenetur aper.*

*De reliquis generibus alibi.*

DE SCANSIONE, CÆSURA ET  
ELISIONE.

*Quid est Scansio?*

Scansio est mensuratio Versus, & enumeratio ejus pedum.

*Quae in Scansione praecipue sunt attendenda?*

Duo: Cæsura, & Elisiones.

*Quid est Cæsura?*

Est certa quaedam dictionum per Pedes in Versu interfectio, ita ut ultima syllaba novum pedem inchoet.

*Quid est Elisio?*

Est Vocalis aut Diphthongi vel etiam  $\tau$  M cum Vocali praecedente, in fine dictionis ante Vocale vel Diphthongum initialem sequentis in Versu dictionis, inter scandendum ejectio.

*Fitne talis Elisio semper?*

Ut plurimum fit, Rarius non fit. Fit autem vel per Synalæphen, vel per Ecthlipsin.

*Quid*

*Quid est Synalœphe?*

Synalœphe est, cùm Vocalis vel Diphthongus finalis, ante Vocale[m] vel Diphthongum initialem sequentis dictionis, in scandendo dissimulatur, vel obliteratur, ut:

*Non facile est aqvâ commodamente pati.*

In Scandendo legendum: *Non facil' est.*

*Quid est Ecclipsis?*

Ecclipsis est, cùm M in fine, unâ cum Vocali præcedente in Scandendo, ante Vocale[m] vel Diphthongum initialem eliditur, ut:

*Audendum est, fortes adjuvat ipse Deus.*

In Scandendo legendum: *Audend' est.*

Τῶ Θεῶ μόνῳ δόξα.



*Handwritten signature or text at the top of the page.*

23096

AB 23096

ULB Halle 3  
002 040 751



1078

R







B.I.G.

Farbkarte #13

# COMPENDIUM

## EX *De* *De* GRAMMATICA LATINA

PHILIPPI MELANCHTHONIS

olim Jussu  
SERENISSIMI SAXONIÆ  
ELECTORIS

revisa ab  
ERASMO SCHMIDIO

pro incipientibus. *pro incipientibus*



Cum GRATIA & PRIVILEGIO  
POTENT. REG. POLON. & ELECT. SAXON.

LIPSIÆ,  
Sumptibus JOH. LUDOVICI Gleditsch.  
& Hæredum M. G. Weidmanni  
Anno 1702.

